



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvla Morvm Sive Tractatvs Bipartitvs De Sufficienti Ad
Conscientiam Rite Formandam Regvla In Quo Usus
Cujusvis Opinionis Practice Probabilis Convincitur Esse
Licitus**

Terillus, Antonius

Leodii, 1678

Quæst. II. Vtrùm opinio practicè probabilis sit recta, seu sufficiens morum
Regula?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77827)

QUAESTIO SECUNDA.

Virum opinio practice probabilis sit recta, seu sufficiens morum Regula.

Hæc est primaria hujus controversæ quaestio, & omnino coincidit cum illa, utrum usus opinionis practice probabilis sit licitus. Si est licitus, opinio probabilis est sufficiens morum regula: si usus ille non est licitus, procul dubio opinio probabilis non est sufficiens conscientiæ formandæ regula. Propono autem hanc quaestionem in ipso disputationis exordio, ut rationes breviter insinuem, quibus veritatem illius fuse probavi in tractatu de conscientia probabilis, & ut occasionem habeam solvendi ea, quæ contra licitum minus probabilem usum, & nominatim contra rationes à me allatas, à Theologo quodam ingenioso objecta fuisse intellexi. Rationibus enim istis, unâ cum solutione harum objectionum, ante oculos legentium positis, existimo veritatem adeo luculenter apparituram, ut Lector in ea non minus quietè, quàm solidè mentem fixurus sit, & exinde ad sequentia percurrenda pariter sit incitandus, in quibus, quæ hic breviter declarantur, majori ex parte fusius quidem, sed amenè disputanda erunt. Hic autem nomine opinionis practice probabilis, intelligo opinionem, quæ enunciat rem esse licitam, quæque habet conditiones, quas ad illam requiri dictum est. *quest. 1. num. 7. & sequent.* Ex dicendis enim sapius constabit, omnia illa ad minimum requiri. Porro quaestio hæc instituenda est primò de opinione probabilis, prout est objectum considerationis reflexæ juxta ea, quæ *quest. 1. num. 11.* proposita fuerunt, & promissa. Sit ergo.

ASSERTIO PRIMA.

Omnis opinio practice probabilis, actu animum informans, illig. applicans divinam legem, ut verè existentem, est regula formalis sufficiens ad licitè operandum.

Seu quod in idem recidit.

Qui bona fide sequitur ductum opinionis practice probabilis actu animum informantis, non peccat, sed benè operatur.

Ratio 1. **P**ROBATUR primò. Homo taliter dispositus, vel errat, vel non errat in suo judicio: si non erret, procul dubio bene operatur, quia post debitam diligentiam, ipsam veritatem assecutus est, suamque operationem legi æternæ veraciter conformat. Si erret, manifestum est, quod invincibiliter erret, quia quod ex tali motivo post debitam diligentiam creditur esse licitum, absque omni temeritate, turpitudine aut imputabilitate creditur esse tale. Ergo non peccat, sed licitè operatur, quia absque dubio error invincibilis excusat à toto, & quod consequens est, fundat operationem honestam, ut sequenti quaestione ex professo probabitur.

Ratio 2. 3. Probatur secundò. De homine sic disposito non solum nos, sed & ipsemet reflexè formare potest hunc Syllogismum. *Qui rationabiliter, probabiliter, atque prudenter credit aliquid esse licitum, licitè ponit illud: sed verus rationabiliter, probabiliter, atque prudenter credit hoc objectum esse licitum. Ergo licitè ponit illud.* Hæc ratio planè evincit intentum, major enim est principium synderesis reflexum per se certum & evidens, cujus evidentiam etiam probatam habes *quest. 13. num. 26. & sequent. & quest. 19. nu. 6. & sequent. de conscientia probabilis.* Minor supponitur esse vera, conclusio legitime deducitur. Et sane Syllogismus iste si formetur ab operante (respectu cujus minor ita est cognitio evidens reflexa de qualitate judicii eliciti, ut simul sit essentialiter applicativa principii synderesis in majore contenti) legitime infer conclusionem, quæ est ultimum conscientiæ dictamen certum & evidens, per quod operans certificatur, se hic & nunc non peccare, sed laudabiliter agere.

Ratio 3. 4. Probatur tertio. Tale judicium est prudens, & reflexè cognitum scitur esse prudens. Ergo qui operatur juxta illud prudenter agit, & reflexè scitur prudenter agere. Ergo non peccat, nam omnis peccans imprudenter operatur.

Ratio 4. 5. Probatur quarto ex naturali hominis conditione. Homo de paucis evidentiam habet, idque verissimum est in moralibus, in quibus rarè pertingere potest ad notitiam directam, plus quam probabilem. Ergo ubi certitudo haberi non potest (loquimur autem tantum pro tali casu) optimum quod haberi potest, est cognitio probabilis. Ergo cognitio probabilis est regula, quam Deus instituit pro tali casu, qui certè non potest exigere ab homine nisi optimum, ad quod homo potest pertingere. Ergo homo sic operans sequitur regulam à Deo institutam, ergo non peccat, sed benè, ac laudabiliter operatur. Et sanè ut quis humano modo prudenter operetur, apertè sufficit, si sequatur dictamen optimum ac prudentissimum, quod habere potest.

Ratio 5. 6. Probatur quinto ab absurdis. Si judicium probabile ad conscientiam regulandam & peccatum amolendum non sufficeret, tota respublica turbaretur, & omnes contractus languerent, neque quisquam in rebus incertis (paucæ autem sunt certæ) quidquam ferme absque peccato facere posset. Hoc autem repugnat ordinationi à Deo ad suavem, rectam, & statui hominis congruam gubernationem statutæ. Ergo judicium probabile ad conscientiam rectè gubernandam sufficit. Præterea mundus innumeris scrupulis inevitabiliter impleteretur, nec ullus modus tali miseræ subveniendi suppeteret, nisi judicium probabile ad conscientiam deponendam, & licitè operandum sufficeret, quia scrupulosus ad cognitionem certam, qua scrupulum deponat, & conscientiam formet, pervenire nequit, ergo licitè sequitur judicium probabile.

Ratio 6. 7. Probatur sexto. Dispositio hominum, ex cognitione probabilis operantium, aut semper eadem

cur præmitti debuerit hæc quaestio.

Opinio probabilis est optimum quod haberi potest in incertis.

eadem est, aut certe inter dispositiones hominum, ex tali cognitione operantium, nulla est notabilis ac specifica diversitas. Ergo impossibile est, unum excusari, & alterum non excusari, quia dispositio inducens peccatum notabiliter diversa est à dispositione sufficiente ad excludendum peccatum, & ad rectè operandum. At certum est, quod aliquod iudicium probabile sufficiat ad licitè operandum, quia id expressè definitum est ab Ecclesia in *Cap. inquisitioni 44. de sentent. ex com.* ubi dicitur, quod conjux ad consilium Pastoris, explorata levi credulitate de nullitate matrimonii, licitè exigere possit debitum conjugale. At in hoc casu ex consilio Pastoris non habet nisi probabilem assensum de valore matrimonii, ut patet. Ergo omne iudicium probabile sufficit ad conscientiam debitè formandam, non enim est ratio cur in hac materia, quæ gravissima est, quæque malum jure naturæ prohibitum respicit, sufficiat, & in aliis, quæ majoris momenti non sunt, non sufficiat. Ergo ubique sufficit.

Ratio 7.

8. Probatur septimò. Prudens dispositio animi, excludens conscientiam peccati, excludit peccatum. Sed iudicium probabile de honestate operationis est prudens dispositio animi, excludens conscientiam peccati. Ergo excludit peccatum. Major videtur per se nota, minor est evidens, quia qui prudenter iudicat aliquid esse honestum, non potest in eo instanti habere conscientiam peccati, seu actum dicentem illud esse peccatum. Sed nec postea potest iudicare se peccasse, si recordetur se ex prudenti iudicio excludente conscientiam peccati operatum esse. Ergo talis dispositio prorsus excludit conscientiam peccati: Ergo & peccatum.

Ratio 8.

9. Probatur octavò. Iudicium probabile, de quo loquimur, abique ullo peccato imperatur à voluntate, ut patet. Hoc posito sic. Qui facit quod putat licitum, non peccat per hoc, nisi peccet imperando tale iudicium. Ratio est, quia non est unde turpitudò, aut peccatum in tale opus derivetur, non enim malum, sed bonum proponitur. Ergo si non sit culpa in propositione boni, non est unde malum derivetur in actum. Præterea S. Thomas id ipsum expressè docet. *quest. 17. de veritate art. 3. ad 4.* ubi hæc habet. *Tunc conscientia erronea non sufficit ad absolvendum, quando in ipso errore peccat, ut quando errat circa ea, quæ scire tenetur. Si autem esset error circa ea, quæ quis non tenetur scire, ex sua conscientia absolvitur.* Similia habet S. Doctor, *ibidem tam in corpore art. 3. jam citari, quam etiam art. 4. ad 2.* Ecce propositio ista est S. Thomæ. Præterea eadem propositio videtur indubitata, quia operatio, de qua loquimur, est conformis suæ regulæ proxima, nempe honestati propositæ, & absque omni temeritate ex rationabili fundamento creditæ. Ergo est honesta. Hinc subsumo. Sed qui sequitur iudicium probabile, facit quod putat licitum, & eliciendo tale iudicium non peccat. Hæc minor supponitur esse vera, quia alioquin non sumus in casu. Ex his autem rectè deducitur conclusio, ergo qui sequitur iudicium probabile, non peccat.

S. Thomas nob. sum. sentit.

Ratio 9.

10. Probatur nonò. Quod prudenter, & sine temeritate creditur licitum, licite poni potest: sed hoc objectum in casu nostro prudenter & sine temeritate creditur licitum. Ergo licitè poni potest. Minor & est in se evidens, & supponitur esse vera. Major probatur. Repugnat hominem peccare in opere, cujus directio nullam temeritatem admittit, sed à ratione humana prudenti,

& optimâ, quam habere potest, regulatur. Præterea ille solum peccat, qui à prudentia per temeritatem recedit: hoc non facit, qui sequitur opinionem probabilem, Ergo sic operans non peccat.

11. Probatur decimò. In rebus incertis licet Theologo ad praxim resolvere casum propositum. At Theologus ille aliam quàm probabilem resolutionem afferre non potest. Ergo licitè affert probabilem, nec peccat, si fortè erret, dummodo debitam diligentiam adhibeat. Alioquin omnis Theologus errans in sua resolutione peccaret, ideoque Sanctissimi viri, puta S. Thomas, S. Bonaventura, S. Antoninus, S. Bernardinus Senensis, & alii graviter peccassent in suis resolutionibus, quia certum est, aliquos illorum errasse, cum contradictoria doceant. At absurdum & falsum est dicere, quod peccarint casum resolvendo: ergo qui probabiliter resolvit casum, non peccat, etsi fortassis erret. Ergo qui bona fide sequitur talem resolutionem non peccat, quia resolutio frustra esset, nisi ad praxim serviret, cum fiat pro praxi & ad praxim dirigatur. Præterea si peccaret, qui talem opinionem sequeretur, peccaret etiam Theologus illum proponens, quia sua resolutione homines ad peccatum dirigeret, peccandi que ac damnationis periculo exponeret. At sequens talem resolutionem non habet nisi opinionem probabilem de honestate operis, in resolvendis auctoritate fundatam: ergo sine dubio licitum est sequi opinionem probabilem propriam, ideoque opinio probabilis efficaciter concluditur esse recta morum, & sufficiens conscientia formandæ regula.

Ratio 10. A probabili casu resolutione sumitur.

12. Probatur undecimò demum auctoritate irrefragabili. Illud ex auctoritate irrefragabili stabilitur, quod ab omnibus sapientibus unanimiter traditur esse verum. Unanimis enim omnium sapientium auctoritas, quoad homines merito habetur, & verè est irrefragabilis. Sed quod licet sequi opinionem probabilem, autem descripsimus, ab omnibus sapientibus, & ab omnibus omnino Auctoribus Catholicis sententibus traditur esse verum; nemo enim est ex omnibus, quod sciam, qui expressè id non doceat, si de tali materia agat. Sed & Celladeus ipse haud dubiè concedit talem dispositionem ad peccatum arcendum sufficere, quamvis neget illam, si error interveniat, bonitatem moralem inducere, sed in hoc singularis est, & sequenti quaestione contra illum ex professo agendum erit. Ergo præfens assertio ex veritate irrefragabili stabilitur. Et sanè qui legerit *quest. 22. de conscientia probabilis*, evidenter perspiciet, neminem sive ex antiquioribus, sive ex recentioribus usque ad illud tempus de hac re dubitasse. Sed omnes, aut expressè tradidisse, aut evidenter supposuisse, id ipsum esse verissimum.

Ratio 11. Ab auctoritate irrefragabili.

13. Et sanè assertio præfens prorsus coincidit cum illa, quæ dicit, licitum esse sequi opinionem probabiliorum, quia sua cuique opinio probabilior est. Unusquisque enim fertur in suum opinatum, tanquam in probabilis opposito. Immo suam respicit, ut absolute verum, oppositum verò ut absolute falsum intellectualiter respicit, & contemnit. Itaque omnes, qui docent usum probabiliorum esse licitum, huic assertioni subscribunt. At omnes omnino, præter Celladeum, partis probabilioris usum docuerant esse licitum, ergo omnes omnino, præter Celladeum, huic assertioni subscribunt, quæ propterea argumentis tam validis, atque auctoritate tanti

Si probabilius sufficit, opinio probabilis sufficit.

enti ponderis roboratur, ut infra temeritatem in dubium revocari nequeat. Haud dubie enim veritas hæc ad moralem, ut minimum certitudinem & evidentiam pertingit. Qui plura hæc de re desiderat, adeat *quæst. 19. & 20. de conscientia probabili*, ubi hæc fufius tractata, & quæ objici poterant, soluta inveniet.

Celladeus
quoad hanc
assertionem
non videtur
dissentire.

14. Sed quæret aliquis, dissentitne Celladeus huic assertioni? Respondeo, illum, meo iudicio, huic assertioni, quoad principalem ejus partem, non dissentire. Ex toto enim ejus discursu apparet eum supponere, quod operans ex opinione probabili, in sensu à nobis declarato, bene operetur, si in suo iudicio non erret, exculetur verò, si erret. Dicam ergo in quo differt à benigna sententia. Primò expressè illi contrariatur in secundo puncto minus principali, quia expressè asserit, nullam operationem ex errore, etiam invincibili, regulatam esse honestam, in quo haud dubie quoad hoc punctum nobis ac communem sententiam contradicit. Secundò quoad punctum principale materialiter differt à nobis, sed in sensu formali quaestionis à nobis non differt. Differret in sensu formali, si, supposito quod quis post debitam diligentiam adhibitam probabiliter concluderet aliquid esse licitum, & bona fide talis iudicii ductum sequeretur, adhuc diceret, eum imputabiliter peccare in tali actu, casu quo erraret. Nisi enim hoc dicat, benignæ sententiæ non contradicit, illa enim est quaestio merè reflexa, quæ omnia dicta præcessisse supponit, & illis præsuppositis solum affirmat, taliter operantem non peccare peccato imputabili. Si hoc admittatur, sententia benigna quoad substantiam adæquatè admittitur. Jam nec Celladeus, nec quisquam, quod sciam, huic contrariatur, & si quis contrarium probare conaretur, negotium desperatum aggrediretur, & post omnem laborem ad rationem probabilem pro suo conatu stabiliendo non pertingeret. Itaque nemo ex omnibus est, qui benignam sententiam in proprio ejus sensu impugnet.

Celladeus &
alii in quo
nobis dis-
sentiant.

15. Nihilominus Celladeus, aliique materialiter à nobis dissentiunt, scilicet circa materiam & veritatem iudicii, quod tam illi, quam nos ad peccatum arcendum sufficere dicimus. Illi enim dicunt, iudicium reflexum dictans, usum omnium practicè probabilem esse licitum, esse falsum, & objectum illius iudicii aliter se habere, quam actus ille dicit. Nos contrarium totis viribus contendimus. Vel illi, vel nos erramus. Neutri in hac opinionum varietate peccamus, si singuli debitam diligentiam adhibeant, & absque passione exæ. ante, aut indebitè propellente sententiam ferant. Interim incertum est, quis verum dicat. Nos bona fide, ex conscientia diligentia debite præmissæ, & ex gravissimis, ut nobis apparet, & apud nos prævalentissimis rationibus absque dubio probabiliter credimus, objectum esse, ut dicimus. Adversarii etiam supponunt eodem modo procedere. In hoc ergo discursu ac disputatione hac usque nobis advertimus, sed hæcenus nemo benignæ sententiæ contradicit, illa enim præsupponit talem opinionum diversitatem, & ea stante, nova consideratione reflexa quaerit, an qui juxta dicta tenet aliquid esse licitum, & ex ea persuasione, bona fide illud in opus deducit, peccet nec ne? Quinon dicit, tam docentem, quam operantem talia peccare, in nullo contradicit benignæ sententiæ, ut patet. At quis est, qui docet homines ita docentes ac operantes imputabiliter peccare? nemo,

Nemo in
proprio ac
presso sensu
impugnavit
benignam
sententiam.

quod sciam. Si quis est, prodeat, clarè loquatur, & assertionem in hoc sensu declaratam impugnet, & fatebor illum benignæ sententiæ contradicere. Sed si nemo hoc dicat, & nemo, quod sciam, hoc dicit, verissimum est, benignam sententiam in proprio ejus sensu non solum nondum everfam, sed à præteritis ejus adversariis ne quidem hæcenus impugnatam fuisse. Scio hoc primo aspectu multis mirabile visurum, & vix fide dignum. Quomodo enim fieri potuit, ut tot disputationes institutæ, tot libri à gravibus Theologis scripti fuerint, & tamen omnes in statu quaestionis intelligendo, & in omnibus suis conatibus ab ipso scopo non solum aberraverint, sed ne quidem ad illum aliquando collimarint. Et tamen loquendo de adversariis nostris, audacter dico, neminem illorum hæcenus ad scopum ipsum, in quo solo controversia vertitur, collimasse; sed solum de materia remota, ejusque veritate disputationem instituisse, ac confudisse opinionem reflexam remotam, ejusque veritatem, cum opinione ultimâ reflexâ ejusque sufficientiâ ad peccatum à voluntate excludendam. Certè si nobis concedant, quod Auctores benignæ sententiæ suam resolutionem tradendo, quodque illorum assertæ, qui bona fide illorum opinioni se accommodarunt, non peccarint, habemus intentum, in quantum spectat ad præsentem controversiam, quæ ultimâ reflexa est, ut patet. Adeo verum est, summos ipsos, & maxime fervidos benignæ sententiæ oppugnatores, æquivocatione deceptos, nullum hæcenus adversus benignam sententiam, in proprio sensu intellectam, argumentum attulisse.

16. Sed ut hoc ipsum clarius perspicias, consideremus Sanctos Thomam & Bonaventuram, in quaestione aliqua directa sibi contradicentes. Uterque alterum falsitatis arguit, suoque iudicio alterum errasse dicit. Hæc illis de directa veritate illarum opinionum nil dicit de eo, an alter illorum tradendo suam sententiam imputabiliter peccarit, nec ne? aut de eo, an qui bona fide credit alterutri, & illius opinionem in praxim deducit, verè Deum offendat? Neque S. Bonaventura ita sensit de resolutione S. Thomæ; neque S. Thomas ita de resolutione S. Bonaventuræ opinatus est. Sed uterque licitè suam opinionem post magnam diligentiam statuit: & uterque locum à peccato imputabili in opinando securum, & eos, qui bona fide illi crediderunt, & in opere illius sententiæ se accommodarunt, à scelerè ac offensa Dei immunes fuisse censuerunt. Jam benigna sententia reflexa solum quaerit, an taliter resolvens casum, & an homo tali resolutioni bona fide, & probabili iudicio post debitam diligentiam se conformans, formaliter peccet, nec ne? Si peccet, falsa est benigna sententia; si non peccet, benigna sententia est vera. Porro sicut ille, qui totis viribus contenderet, opinionem S. Thomæ, v.g. non esse veram, diceretque illud esse malum & peccatum, quod S. Thomas licitum esse & honestum tradit, per hoc non tangeret controversiam præsentem de licito probabilium usu, quia illa supponit hanc disensionem de veritate objectorum præcessisse, & ea non obstante, bonam fidem, & iudicium probabile de veritate partis minus tutæ formari; & postea quaerit, an taliter operans, imputabiliter peccet, nec ne? de quo in priori quaestione nullam fecerat mentionem: ita pariter de facto se res habet in consideratione reflexa de licito probabilium usu. Nonnulli, sed pauci, omni nisu contendunt, usum

Exemplo
claro idip-
sum confus-
matur.

æquè

æque & minus probabilium non licere. Alii ferme omnes usum illum esse licitum unân timer tradunt. In hoc contrariantur, sibi que contradicunt; & quia adversarij se verum dicere existimant, putant con clamatum esse contra benignam sententiam, cum tamen eam nequidem attigerint. Benigna sententia, tam est reflexa super hanc, quam super ullam aliam directam disputationem de honestate rei propositæ, & ex æquo in utroque casu disputationem ac opinionum varietatem præcessisse supponit, eaque præsupposita, in hoc solo vertitur, utrum ille, qui post debitam diligentiam, motivo verè magno ac probabili inductus, resolvit quæstionem in favorem libertatis, peccet nec ne? & utrum ille suum, vel alij, iudicio absoluto ac probabili ipsi credentes, suum iudicium probabile, hoc modo bona fide formatum, in praxi sequentes, peccent nec ne? hic ingredi tur benigna sententia; & dicit, tales homines bona fide operantes non peccare. Huic autem nemo, ut dixi, contradicit. Ergo nemo contradicit benignæ sententiæ, si illa in proprio, ac unice à nobis intento sensu accipiatur, sed tota diversitas opinionum hæcenus sibi contradicentium materialiter se habet in ordine ad præsentem controversiam, quæ de regula formali morum solum procedit. Hæc doctrina ex sequentibus magis corroborabitur.

ASSERTIO II.

Opinio minus probabilis est regula morum. Omnis opinio practicè probabilis, etiam æque & minus probabilis, est regula objectiva remota ad conscientiam debitè formandam sufficiens.

Seu quod in idem recidit.

Universaliter licitum est sequi quamcumque opinionem directè minus probabilem, minusque tutam, etiam in sensu composito, quod opposita sit & credatur probabilior ac tutior, modo opinio illa directæ sit practicè probabilis, & operans cerè sciat, illam esse probabilem.

EXPLICATIO ASSERTIONIS.

17. **H**ic agimus de opinione probabili, non existente in ratione actus animam informantis, sed in ratione objecti reflexè cogniti. Ante omnia autem supponitur, quod cerè constet, illam nisi motivo directè probabili, quod est, & creditur minus potens, quam motivum probabile pro parte opposita: hoc supposito, objectum illud, directè minus probabile, iterum comparatur cum omnibus circumstantiis, quæ cum minore illa probabilitate connexionem habent, puta cum possessione libertatis, cum ignorantia, & non promulgatione legis, & aliis illiusmodi; & quaeritur, utrum ex istorum consideratione, post diligentiam debitam, rationabiliter ac prudenter inferti possit, objectum, quod opinio directè minus probabilis proponebat ut licitum, verè esse licitum, si omnia considerentur. Seu quod idem est, quaeritur, utrum objectum, directè minus probabiliter licitum, prout novis istis ac reflexis circumstantiis subest, evadat licitum, ac præbeat sufficiens fundamentum, rationabiliter, prudenter, & sine temeritate existimandi, quod objectum illud in hisce circumstan-

Sensus assertionis explicatur.

tiis, seu omnibus consideratis sit licitum; si præbeat tale fundamentum, & intellectus ex illo motivo confluat ad formandum iudicium probabile, rationabile ac prudens de honestate talis operis, ac proinde respiciat illius honestatem; non solum ut probabiliorem ejusdem inhonestate, sed etiam feratur in eandem ut absolute veram; ejusdemque inhonestatem respiciat ut absolute falsam: tunc omnis opinio practicè probabilis, etsi sit & cognoscatur esse minus probabilis directè, erit regula objectiva remota sufficiens ad conscientiam debitè formandam, quia actus ille, quo intellectus ex consideratione hujus objecti probabiliter, prudenter, & sine temeritate, affirmat objectum illud esse licitum, est dictamen conscientia, seu opinio practicè probabilis (nisi forte sit iudicium plusquam probabile, & moraliter saltem certum & evidens) actu animam informans, ac proinde ex assertionem prima est regula formalis sufficienter applicativa legis æternæ ad licitè operandum. Ergo stante tali iudicio, licitum erit ponere objectum, quod ab opinione minus probabili proponitur esse licitum: si autem non dederit tale fundamentum, tunc non erit regula objectiva remota sufficiens ad manifestandam legem divinam per actum, qui sit sufficiens regula formalis ad licitè operandum.

18. Itaque tota difficultas præsentis assertionis in eo vertitur, utrum opinio, directè minus probabilis, reflexè considerata in ordine ad dictas circumstantias, præbeat, vel non præbeat sufficiens fundamentum in ordine ad quaestionem dicto modo resolvendam. Si præbeat, usus talis opinionis erit licitus; si non præbeat, usus talis opinionis non erit licitus. Si præbeat uni, ita ut ille absque temeritate, probabiliter atque prudenter credat illud esse verum, tunc illi licebit talem doctrinam docere, & juxta illam operari, idemque omnibus licebit, qui eodem modo absque temeritate, probabiliter, atque prudenter illi credunt, quidquid sit an alij rem excutiant, vel non excutiant; an cum illo consentiant, vel ab illo dissentiant; quia illorum negligentia, vel dissensus non tollit à iudicio alterius rationem regulæ formalis sufficientis, seu rationem iudicii practicè probabilis, actu informantis animam, illique sufficienter applicantis legem æternam. Porro si opinio directè minus probabilis præbeat fundamentum talis resolutionis, tunc locum habebit benigna sententia, quæ de formali conscientia regula procedit. Antequam enim locum habere possit, supponit iudicium probabile practicum actu animam informans, quo lex æterna illi applicatur. Si non præbeat tale fundamentum, nullus in hujusmodi casu benignæ sententiæ locus dabitur, ex defectu materiae seu objecti, circa quod versatur, ut patet.

Demum quamvis contingeret hominem hoc modo discurrentem errare (quod tamen non evenit, ut videmus) adhuc assertio sub utraque expressione subsisteret, quia quævis opinio practicè probabilis, actu existens, & animam informans, est sufficiens morum & conscientia formandæ regula, etsi per accidens sit falsa, ut ex prima assertionem constat.

19. Jam quamvis opinio probabilis, hoc modo sumpta in ratione objecti, quadrupliciter considerari possit, ut supra dictum est; ego tamen hoc loco non proponam nisi rationes, quas quaestione 23. de cons. prob. relatè ad opinionem minus probabilem minusque tutam ponderavi, ut

Brevior controversiæ expositio.

Cur non omnes rationes afferantur.

ut habeam occasionem solvendi ea, quæ vir quidam ingeniosus contra illas opposuit. Ratio est, quia quæ convincunt usum talis opinionis esse licitum, à fortiori idem inferunt de æquè probabili, de probabiliori, ac de unicè probabili, ut patet. Cum ergo istæ rationes subsistant, opus non est alias afferre pro aliis comparationibus. Si autem quis illas videre desideret, legat *quæst. 20. & 21. de consc. prob.* ubi illas inveniet. His ergo circa legitimum quæstionis sensum declaratis, ad argumenta pro ejus veritate stabilienda veniendum est.

RATIO PRIMA.

Tradentes benignam sententiam non peccat.

20. **P** R I M U M argumentum à patenti absurdo hoc modo deducitur: Si non excusarentur à peccato mortali, ratione sui imputabili, qui bonâ fide sequuntur opinionem directè minus probabilem, omnes Doctores totius Ecclesiæ (certum enim est, omnes omnino, præter unum Comitolum, qui in re ab aliis non discrepat, per centum & amplius annos benignam tradidisse sententiam) gravissimè peccassent, quia doctrinâ suâ falsâ, & ad formandam conscientiam insufficienti, proximos suos, qui eorum auctoritate directi sunt, in peccatum & damnationem duxissent. At moraliter certum est, non omnes in eâ sententiâ tradendâ graviter peccasse, aut intolerabiliter errasse. Ergo moraliter certum est, opinionem dicentem usum opinionis directè minus probabilis esse licitum, non esse errorem intolerabilem. Imo è contra clarissimè inferitur, honestatem talis praxis esse valde fundatam, magnisque rationibus reputari licitam, quia impossibile est omnes omnino Auctores, eosque numero plurimos doctrinâ ac pietate præstantissimos, quique quæstionem in terminis & à fundamento tractant, per integrum sæculum in unam eandemque sententiam conspirare, quin illa sit verè probabilis, & digna fide, adeoque quin unusquisque, qui post maturam rei considerationem, rationibus apud ipsum prævalentibus motus, illam veram reputat, à peccato excusetur, & rationabiliter, atque invincibiliter sententiam suam proferat. Idem valet de iis, qui sententiæ à tot ac talibus Auctoribus traditæ fidem adhibent. Hoc autem est opinionem directè minus probabilem esse regulam objectivam remotam, sufficienter manifestivam legis æternæ, & illativam judicii rationabilis, & probabilis ac invincibilis, quo lex æterna sufficienter applicatur, ut ex primâ assertionem constat.

Si non esset regula, Deus Ecclesiam deseruisset.

21. Præterea si sententiâ, docens usum minus probabilium esse licitum, esset falsa, suosque Auctores, eorumque bona fide sequaces, à peccato non excusaret, Deus per integrum sæculum suam Ecclesiam deseruisset, illamque in periculosissimo, ac damnabilissimo errore cæcutire permisisset. At hoc est incredibile: Deus enim non minus etiam diligat Ecclesiam, quam olim. At semper Ecclesiæ suæ providit de viris probis & doctis, qui erroribus nascentibus se opposuerunt. Quis ergo credat, Deum per integrum sæculum ita deseruisse Ecclesiam in errore perniciosissimo, ut nullius summi Pontificis, nullius Episcopi, immo nullius Doctoris spiritum excitavit, qui errorem detegeret, murumque se pro domo Dei opponeret. Nemo certè cordatus & probus Catholicus ita de Ecclesia, Dei que in ea gubernanda providenti existimabit. Consequens proinde est, benignam sententiam esse sufficientem

R. P. A. Terribi Regula morum. PARS I.

conscientiæ regulam, eamque suos sequaces à peccato & peccandi periculo immunes reddere.

Licitè docetur, ergo est regula.

22. Rursus sic arguo. Omnis opinio, ad praxim ordinata, quæ licitè docetur, & quidem publicè in omnibus universitatibus ac scholis per totam Ecclesiam traditur, est sufficiens regula conscientiæ ad eam sectantes à peccato excusandos; alioquin, qui illam pro praxi traderet manifestè peccaret. Sed opinio, docens usum partis minus tutæ & directè minus probabilis esse licitum, & ordinatur ad praxim, & licitè docetur, & publicè in omnibus mundi universitatibus traditur, & per integrum sæculum, nemine reclamante, tradita fuit. Ergo dicta opinio est sufficiens conscientiæ regula.

Hæc est summa primæ rationis, cui addidi hanc Mediæ & aliorum. Sententiâ directè minus probabilis licitè docetur in scholis, quia in concursu oppositæ probabilioris censurari non potest ut temeraria, imprudens, præcipitata, &c. quia certum est, quod in contradictione oppositi nitatur motivo prudenti. Ergo talis opinio sufficit ad regulandam praxim. Tenet consequentia, quia proponitur ut regula. Ergo si non sufficeret, peccarent qui eam proponerent. At non peccant. Ergo est sufficiens regula.

SOLVUNTUR REPLICÆ Theologi recentioris.

23. **O** B I I C I T primò. Argumentum retorquetur, quia omnes antiqui Theologi, ultimo sæculo anteriores, oppositam doctrinam tradiderunt. Ergo si illa est falsa, graviter peccaverunt, imponentes hominibus gravè onus, quod Deus illis non imposuit. Sic enim plurimis peccatis occasionem præbuerunt. Nam propter eorum falsam doctrinam, plurimi malam fidem habuerunt, qui sententias minus probabiles & minus tutas elegerunt, quam non habuissent, si doctrina opposita eis tradita fuisset.

Replicæ à retortione.

Respondeo retortionem nec subsistere, nec argumentum solvere. Non subsistit, quia antiqui Theologi nunquam tractarunt in terminis hanc quæstionem reflexam, utrum opinio, directè minus probabilis, omnibus consideratis, sit licita in praxi. Itaque solum docuerunt, nemini licitum esse sequi nisi opinionem probabilioris, id est, nisi opinionem, quam ipsi probabiliter salutem veram reputarent, ac proinde in eam, ut in probabilioris ac absolutè veram tenderent. Hoc verum est: sed non contrariatur sequentibus Theologis, qui idem prorsus requirunt in usu opinionis directè minus probabilis: nisi enim honestas talis praxis per rationes reflexas evadat probabilior, nemo licitè illam sequitur. Itaque quoad præsentem materiam, alia diversitas inter antiquos & recentiores Theologos non fuit, quam quod recentiores in terminis expressis sub unâ eademque notione universali quæstionem insituerunt, de qua antiqui nullam in universali sub illis terminis explicitam mentionem fecerunt. Nec tamen dubium mihi ullum est, quin antiqui Theologi in casibus particularibus, post omnia considerata docuerint illud hîc & nunc esse licitum, quod secundam se præcisè consideratum erat apud illos minus probabile. Sic docuerunt, possessorem bonæ fidei in causa pacis aut minoris probabilitatis non teneri ad se privandum re possessa. Idem in aliis casibus docuerunt, quia illud omnibus consideratis erat probabilis: ergo illi non minus, quam nos, eandem opinionem sectati

Retortio non subsistit.

B

suat.

sunt, & tota diversitas in eo est, quod posteriores universalem abstractionem ab omnibus casibus particularibus fecerunt, & sub notione illa universali quaesierunt, an usus cujusvis opinionis probabilis, etiam minus probabilis, minusque tutus, sit licitus? hoc autem priores Theologi non fecerunt. Quod hæc ita se habent ut dixi, satis aperte constat ex *quest. 22. de consec. prob.* & efficaciter probatur exemplis, quæ proximè ponderata sunt.

Retorsio non solvit argumentum.

24. Sed retorsio non solvit argumentum, quamvis admittamus Theologos antiquos, & recentiores quoad præsentem quaestionem contradictoria tradidisse. Ego enim, data hypothesi, audacter respondeo, nec illos, nec hos peccasse suam doctrinam tradendo; sed omnes rationabiliter, ac probabiliter suam opinionem tradidisse. Neque in hoc major est difficultas, data hypothesi, quam quod S. Thomas & S. Bonaventura in quaestione particulari absque peccato contra-ria doceant. Neque enim Deus permittendo primam opinionem, etsi erroneam, Ecclesiam in errore intolerabili ac noxio deseruisset; quia nulli, qui talem doctrinam, etsi erroneam, ut regulam secuti fuissent, peccassent; & illi soli in hac materia peccatum commississent, qui contra illam regulam, & contra conscientiam egissent. Et sane non est contra providentiam Dei erga Ecclesiam, permittere in rebus incertis errorem doceri à suis ministris, illumque à subditis pro regula assumi; modò subditi, eam regulam sequentes, non peccent. Si enim contra illam agant, sibi tribuant, non Deo, quia malitiosè contra propriam conscientiam operantur. At Ecclesia deferretur, si communis error permittetur, & error esset talis, ut eum bona fide sequentes à peccato non excusarentur. Jam vis mei argumenti in eo præcisè consistit, quod docentes talem doctrinam, eamque bona fide sectantes non peccent. Hoc enim concessio habemus intentum. At nemo citra temeritatem eos omnes peccati damnare potest, ut patet: Ergo nemo rationabiliter dicere potest, opinionem, docentem minus probabilis esse licita, non excusare à peccato, seu non habere motiva sufficientia, ut absque temeritate admittatur & credatur esse vera. At nos hoc solum in præsentem argumento contendimus, & ex hoc inferimus, eam esse sufficientem conscientia regulam.

An multi à nobis dissentiant?

25. Objicit secundò. Plerique eorum, qui dicunt usum opinionis minus probabilis esse licitum, solum docent licitum esse sequi opinionem reipsa minus probabilem, seu quæ communiter habetur talis, sed non docent licitum esse operanti eligere sententiam minus tutam, quam ipse operans cognoscit esse minus probabilem. Solum enim asserunt, opinantem aliquam operationem esse licitam, securè posse illam in praxim deducere, hoc ipso quod sciat illam esse probabilem, id est veram reputari à sapientibus, quod nos quoque fatemur. Quia hoc ipso quod quis sciat opinionem, cui adheret, defendi à prudentibus, scit niti fundamento prudenti, ac proinde non esse temerariam & improbabilem: unde optimè deducit, posse à se in praxim deduci, quia unusquisque licitè id exequitur, quod prudenter judicat esse licitum; non est autem illorum mens, hominem, in cujus intellectu fundamenta utriusque sententiaè objectivè concurrunt, posse eligere minus tutam, si ejus fundamenta minoris ponderis sint apud ipsum, quàm fundamenta partis tutoris.

26. Respondeo Theologum hunc mihi videri reipsa à nobis non diffidere, etsi prætendat, se oppositum prorsus tradere. Inprimis vult, unumquemque licitè sequi propriam opinionem, si illam sciat à peritis & prudentibus veram reputari: ergo qui putat usum opinionis, cujus motiva directæ reputat esse minoris momenti quàm opposita, esse licitum, per illum tutus est, modò sciat illam à peritis veram reputari. At hoc scire potest, quia non pauci, ipso fatente, docent hoc licitum esse: ergo per ipsum securus est. Ergo nos, & omnes, qui nobis bona fide credunt, tuti sumus, quia opinionem nostram fundamento prudenti niti scimus. At reipsa aliud non docemus: nisi enim quis absolute credat opus esse licitum, non excusatur, si illud ponat. Verùm hoc diversitatis intervenit, quod aliquando directis, aliquando solum reflexis rationibus moti credamus rem esse licitam: in casu autem præsentis, ita huic Auctori consentio, ut admittam, neminem licitè sequi opinionem, cujus omnia fundamenta reputat minora oppositis, quia stante tali persuasione judicare nequit tale opus esse licitum. At ab illo prorsus dissentio, si dicat, non esse licitum sequi partem illam, cujus fundamenta directæ existimo esse minora oppositis; quia, hoc non obstante, per rationes reflexas prævalentes existimare possum, objectum illud absolute esse licitum: nisi enim homo, hoc modo per discursum reflexum, rationibus ac motibus rationi contrariæ prævalentibus, judicaret objectum esse licitum, usum opinionis directè minus probabilis illi non liceret, quia illam omni modo reputaret esse minus probabilem, & consequenter bonam fidem non formaret.

27. Jam hic est sensus omnium, qui usum minus probabilium licitum esse tradiderunt: illi enim opinionem, pro directè minus probabilis agnitam, reflexè considerantes, novis argumentis roborati (ut ex eorum libris constat, nam argumentis reflexis utuntur) illam absolute licitam esse concluderunt. Præterea gravissimi quique, & omnes, qui multa in re morali scripserunt, sæpius aperte testantur, opinionem contrariam illi, quàm ipsi tenent, in praxim tutam esse. Quo loquendi modo aperte indicant, sentire se, si omnia etiam indirectè probantia considerentur, opinionem illam esse licitam, & tam à seipsis, quàm ab aliis omnibus, etiam illis, qui secum sentiunt, licitè in praxim reduci posse, & universaliter ab omnibus pro operandi regula accipi. Nec dubium, quin expressè doceant, liberum cuique esse electionem inter opiniones certò probabiles facere, & quamcumque illarum in praxim deducere, modò constet, quod illa sit certò probabilis, quamvis opinio illa in directæ consideratione & sit, & habeatur minus probabilis opposita. Ratio est, quia plurimi eorum expressè hoc docent, ubi de opinionum delecta agunt; alii docent licitum esse etiam contra propriam opinionem operari: ergo censuerunt, electionem opinionis directè minus probabilis apud operantem locum habere, & quamlibet opinionem directè minus probabilem licitè in praxim reduci posse. Præterea peto ab hoc Theologo, quo fundamento dicat, plerosque benignè sententiaè Auctores aliud non voluisse, quàm cuique licitum esse sequi suam opinionem directam, si sciverit illam à prudentibus doceri? Certè hoc ex dictis illorum non inferitur, sed solum ab ipso ita esse putatur. Sed vellem scire quo fundamento? Nemo hæcenus, quod sciam, eos ita intel-

Adversarius docet, quod intendimus.

Omnes qui docent usum minus probabilium esse licitum nobiscum sentiunt.

intellexit, sed omnes, tam fautores, quam adversarii ipsorum, alium longè sensum in eorum sententia agnovere. Præterea si hic eorum fuisset sensus, procul dubio eum explicassent, cum facillimè explicari potuisset, sed & debuisset sic explicari, ne ansam largioris & falsæ interpretationis lectoribus præberent. Stat ergo, sensum horum Autorum esse talem, qualem verba eorum præ se ferunt, & qualis hæctenus ab omnibus intellecta fuit. Hoc ipsum ex admissis ab hoc Theologo infra comprobabitur.

Theologus iste æquivocationem patitur.

28. Potissimum, in quo Theologus iste æquivocationem patitur, est, quod objectum opinionis directæ minus probabilis semper consideret in ordine ad eandem circumstantias. Si autem sic consideretur, ultro fateor, nemini licitum esse illam sequi, qui eam minus probabilem reputat. At nos objectum illius in ordine ad alias circumstantias consideramus, & tunc simpliciter loquendo dicimus, illud licere, cujus honestatem, directè tantum consideratam, putamus esse minus probabilem. Nec hæc duo judicia sibi contrariantur, quia quod non est licitum in his, in aliis circumstantiis est licitum; & illud in istis circumstantiis ex motivis prævalentibus cognoscitur esse licitum, pro cujus honestate in aliis circumstantiis minora dantur argumenta, quam pro opposito. Si hæc distinguantur, nulla difficultas est aut in sensu Authorum intelligendo, aut in veritate sententiæ benignè percipienda.

Obiectio inanis.

29. Obijcit tertio. Multi quidem docuerunt, usum opinionis minus probabilis esse licitum in sensu, quem ipse falsum putat, non tamen peccaverunt, quia in ea tradenda non ex veritate, sed ob ignorantiam & bonam fidem excusati fuerunt, quia post diligentem discussionem existimaverunt veram & utilem sententiam, quæ est falsa & nociva. Unde sicut non per se, sed solum per accidens, scilicet ex ignorantia, talis opinio licitè docetur in scholis, ita pariter non per se, sed solum per accidens ex ignorantia invincibili licet illam in praxim deducere.

Inanitas obiectiois ostenditur.

Respondeo, hæc sub eisdem prorsus terminis dici posse ac debere contra opinionem hujus Theologi: nos enim dicimus eum errare, & solum ex ignorantia excusari. Quid ergo juvat talia afferre, quæ ex æquo utrique parti, aut profunt, aut obsunt, nec obijci possunt, nisi supponatur id quod est in questione, nempe quod obijciens veram, & respondens falsam opinionem sectetur?

Argumentum retorquetur.

30. Respondeo secundo, idem planè obijci posse contra usum opinionis probabilioris, quia quoties illa est falsa, qui eam tenet & sequitur, non excusatur nisi per accidens, & ex ignorantia veritatis. Peto jam à Theologo isto, an ista replica quidquam valeat ad improbandam honestatem talis usus in opinione probabiliori, cujus usum ipse admittit esse licitum? Si vim habet, ipsemet debet eam solvere. Si non habeat vim contra usum opinionis probabilioris, nec etià habebit contra usum opinionis directæ minus probabilis.

Argumentum solvitur.

31. Respondeo tertio. Undecumque tandem id eveniat, fixum manet, opinionem benignam licitè doceri in scholis ab iis, à quibus illa probabilior habetur & vera. Similiter fixum pariter est, eos excusari à peccato, qui bona fide illi adherent, illamque veram reputant, quia omnes isti juxta rei veritatem, ut ipsi, absolutè, probabiliter, & rationabiliter procedunt. Non est ergo unde peccati accusari possint. At hoc stante habemus intentum.

R. P. A. Terilli Regula morum, PARS I.

32. Obijcit quarto. Nemo licitè sequitur opinionem minus tutam, quam minus probabilem reputat, quamvis sciat mille Doctores docere eum illius esse licitum, quia conscientia illius semper reclamatur, illumque pungit. Si enim interrogetur, an contractus, v. g. de quo agitur, sit licitus nec ne, respondere debet, se nescire; immo habere majus fundamentum existimandi esse prohibitum. Jam cum hoc statu componi nequit dictamen reflexum verum, quod hic & nunc ille contractus sit sibi licitus. Ergo quamvis tot Doctorum auctoritate motus celebret istum contractum, peccabit; quia si opinio illa sit falsa, non solum materialiter, sed etiam formaliter transgreditur legem. Si verò opinio sit vera, adhuc peccat, quia voluntariè se exponit periculo legem violandi, quando potest prudenter judicare contractum esse prohibitum, & non potest prudenter judicare non esse prohibitum. Sic quamvis multi doceant licitum esse operari contra propriam opinionem, illud tamen licitum non est, nec fieri potest, ut non peccet is, qui contra illam operatur, quia non potest elicere dictamen reflexum verum, quo excusetur à culpa in sensu composito judicii directi, quo credit contractum illum esse universaliter prohibitum.

Obiectio 2.

Sequens opinio minus probabilem non necessario agit contra conscientiam.

Respondeo: argumentum valeret, si objectum opinionis directæ semper consideraretur in ordine ad circumstantias eadem. At si consideretur in ordine ad diversas circumstantias, ut fit in casu nostro, non video in quo argumentum urgeat; non enim est, cur conscientia illius magis illum pungat, quam quando sequitur opinionem ipsi directè probabilioris. Ratio est, quia objectum illud in ordine ad novas istas circumstantias est, & ad minimum tam probabiliter creditur honestum, quam quævis opinio directè probabilior, quia rationes benignæ sententiæ non sunt minus efficaces, quam motiva opinionum directè probabilium, sed longè potentiores. Itaque talis homo interrogatus de contractu an liceat, respondebit illum esse licitum, quia verè ita credit, & in sua opinione non fallitur, quia id verum est. Itaque haud dubiè judicium reflexum formari potest, non obstante agnitione minoris probabilitatis directæ, quia res illa in ordine ad novas circumstantias consideratur. Jam quod peccet nec ne, non dependet à veritate aut falsitate opinionis directæ, quæ judicatur minus probabilis, sed à veritate judicii reflexi, quo omnibus inspectis judicat contractum illum esse licitum. Ratio est, quia operans non versatur in circumstantiis, quas directæ opinio præcisè considerat, sed in iis quas opinio reflexa repræsentat. Ergo veritas & falsitas opinionis directæ impertinenter se habet ad peccatum vel non peccatum in hoc opere. Ergo quæstio hæc solum dependet à veritate opinionis reflexæ. At illa vera est, & indubiè absque temeritate creditur vera. Ergo indubitanter excusat.

Quod attinet ad exemplum operantis contra propriam sententiam, ostendi quid sentiendum sit quæst. 30. de consc. prob. ubi exposui, quando licet & quando non licet operari contra propriam sententiam. Ad præsens argumentum quod attinet, dico neminem licitè operari contra propriam opinionem ultimam & finalem, ac absolute dictantem tale opus esse universaliter illicitum, quia tale judicium repugnat cum bona fide, & cum opinione ac conscientia dicente, hunc contractum, sub illa opinione universali contentum, non esse prohibitum. Cæterum si circumstan-

cumstantiæ mutarentur, aut si iudicium proprium non esset finale & absolutum, ut in casu præsentis objectionis, vel si formari posset iudicium prudens reflexum de absoluta honestate operandi contra propriam opinionem directam, utique liceret contra propriam opinionem actualem operari, ut ibidem latè ostendi.

33. Objicit quintò. Non sequitur, Auctores peccare, qui dicunt licitum esse operari contra propriam opinionem, quamvis omnes peccent qui contra illam operantur. Ergo similiter, quamvis opinio benigna absque peccato doceatur, non sequitur eos non peccare qui illam sequuntur.

Sic casus non sit licitus peccat docens eum esse licitum.

Respondeo disparitatem latam intervenire. Doctores in primo casu non peccant, quia putant homines posse formare bonam fidem, etiam contra propriam opinionem actualem, ideoque non docent simpliciter illos non peccare qui contra propriam opinionem operantur, sed solum non peccare, si bonam fidem forment. Itaque qui bonam fidem non format, non sequitur eorum opinionem, ideoque peccatum illorum non ipsis imputatur, cum operans non habeat dispositionem quam requirunt. At si operans posset habere illam dispositionem, & ea non obstante peccaret, tunc utique qui talem doctrinam doceret, à peccato excusari non posset, quia scandalum proximi causaret. Nec bona fides Doctorem excusaret, sicut bona fides non excusat operantem. At in casu nostro, totum, quod benigna sententia docet & requirit, poni potest & debet, ut quis eam sectetur in praxi. Ergo si sectantes eorum opinionem non excusarentur, nec ipsi Doctores excusari possent.

Obiectio alia.

Objicit sextò. Ultimam, quod ex Medina traditur, est falsum; nemo enim licitè docet in scholis id quod ipsi verisimiliter apparet esse falsum. Ergo similiter nemini licet illud operari, cujus inhonestas est illi probabilior.

Minus probabile licitè docetur.

34. Respondeo, Theologum hunc supponere quidem, quod antecedens sit verum, sed nil prorsus affert ad illud probandum. Ego ergo sic probò oppositum. Finis magistri est, ut discipulos bene instruat. Hoc posito sic: Ponamus magistrum habere plures doctrinas proprias, quas alii communiter, ut male fundatas, periculosas, ac singulares rejiciunt. In hoc casu magister ille rectius faciet ad profectum discipulorum, atque ad finem superiorum, ipsum aliis docendis exponendum, conducibilis operabitur, si communes, & minime periculosas sententias doceat. Ergo non solum licitè, sed longè sanctissime hoc faciet. Quid quod ad hoc ipsum obligari potest. Nonne plures tenentur ad sententiam S. Thomæ, aut ad Aristotelis opiniones tradendas? At hoc esset illicitum, si quis teneretur propriam sententiam tradere, quando ille contrariam opinionem existimaret esse minus probabilem; fieri enim nequit, quin sæpè propria cuiusque opinio à mente aliorum discrepet. Jam verd, quod liceat cuique quamcumque opinionem certò probabilem docere alios, etsi ipse eam reputet minus probabilem, ex eo etiam patet, quòd iudicare possit expedire discipulis, ut opinionem suam optatam discant, ac in illa radicentur, cum illa sit certò probabilis, & à gravissimis viris tradatur. Sic enim discurrere potest. Mea opinio non est certa: forte esse falsa est. Interim opinio contraria est certò probabilis, eademque valde utilis ad salutem animarum, si vera reputetur; ergo operam dabo, ut discipuli in ea fiantur, quia hoc illis

ac reipublicæ utilis est, quam si meam propriam de his rebus opinionem proponam. Nec obstat, quod ille falsam putet illam doctrinam, quia non scit, sed solum putat hoc ita esse, idque cum magna formidine oppositi, quod novit fundamento prudenti non destitui. Itaque quamvis hoc modo formidolosè falsam putet, procurare tamen potest ut alii in illa ipsa sententia radicentur, & talem Doctorem sequantur, etsi ille in multis ab illo dissentiat. Neque per hoc peccat, quia non interponit suam auctoritatem, nec asserit, se veram reputare illam opinionem, sed solum se reputare eam esse valde rationabilem, simulque exponit motiva ipsam confirmantia, & argumenta opposita dissolvit: sic Doctores aliorum Theles frequenter defendunt, quamvis ipsi in plurimis ab illis dissentiant: nec per hoc vel minimum peccant, quamvis durante disputatione, omni conatu opinionem suam contrariam defendant, illamque auditoribus ut prævalentem proponant. Itaque quævis opinio certò probabilis licitè docetur in scholis. Ergo argumentum Medinæ subsistit, nec à Theologo isto solvitur.

SECUNDA RATIO.

35. **I**N materia fidei, quando utraque pars est certò probabilis, unicuique licet quamcumque voluerit tenere, modò illam absolute veram reputet. Sic in materia de Immaculata Virginis Conceptione certum est, tenentes pian sententiam non peccare, sed neque qui tenent oppositam condemnandi sunt, ut ex Alexandri VII. constitutione notum est. Hinc sic arguo: Certum est, quod in materia fidei liceat amplecti partem minus tutam, tutiore relicta, quia absque dubio licet alicui ex partibus assensum præbere; cum tamen pars unice tuta sit omnem assensum suspendere, ac de sola probabilitate iudicium ferre. Ergo idem licebit in materia morum. Probat antecedens. In primis apud omnes indubitatum est, quod liceat eam partem sectari, quæ omnibus inspectis probabilior apparet, sed id ipsum etiam certum est, quando certò constat utramque esse probabilem, & nequeitur quænam sit probabilior, tunc enim unusquisque eligere potest quamcumque voluerit ut eam teneat, atque etiam in scholis tradat, nisi peculiaris lex id ipsum prohibeat. Neque enim ideo quis reprehendi potest, quod talem opinionem doceat, aliisque ut eam teneant persuadeat, quia certum est eos probabiliter eam tenendo non peccaturos, ideoque pariter certum est persuadentem eos ad taliter opinandum in hoc non peccare. Idem valet de parte minus probabili. Ponamus aliquem Doctorem, cui probabilior apparet, quod diva Virgo sit maculatè concepta, eligi in publicum universitatis Magistrum, qui ex officio debeat quæstionem illam tractare. Hic licitè potest docere communem pianque sententiam, suosque auditores ad eam amplectendam incitare. Propter hoc enim reprehendi non potest, dummodo argumenta illi faventia sincerè proponat, illisque vim suam, quantum veraciter potest, tribuat. Ratio est, quia ille persuadet rem honestam, nempe assensum prudentem motivo evidentè probabili innixum. Ergo sic faciendo non peccat. Ergo idem licet in materia morum juxta progressum jam explicatum, quia opinio in materia fidei non minus spectat ad conscientiam & mores, quam opinio in materia morali. Ergo certum est, quod unicuique li-

ceat

ceat sequi opinionem directè minus probabilem, modo ex argumentis reflexis, aut ex autoritate probabiliter credat id sibi licere. Ceterum argumentum à materia fidei ad mores deductum solidissimum est, & in saeculis retroactis ab omnibus universaliter ut efficax est agnitum, ut fufius ostendo *quaest. 22. de cons. prob.* de hoc argumetno plura ex professo dicentur *quaest. 11.*

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Theologus errat in intelligentia rei, quam objicit.

36. **O**BICIT primò recentior ille Theologus. Assumo quod Terillus rectè supponit tanquam necessarium ad sectandam aliquam opinionem, videlicet illam absolutè veram putari. Hinc autem infertur, nemini licitam esse in materia morum sequi opinionem minus tutam, si illa appareat minus probabilis opposita tutiore, quia in tali casu impossibile est ut existimeretur absolutè vera. Et quamvis physice posset, prudenter non posset, quia nequit esse vera prudentia seipsum adigere ad aliquod judicandum licitum, ut pateat aditus ad executionem, quando datur fundamentum majus ad judicandum non esse licitum. Hoc enim esset voluntariè seipsum obcæcare ad non videndam malitiam, quam homo præcavere debet. Hinc autem ulterius sic arguit. Nemo in materia fidei reputare potest eam opinionem esse veram, quæ ipsi apparet minus probabilis opposita, ergo si in materia fidei non liceat tenere nisi eam opinionem, quam quis veram reputat, utique non licet eam tenere, quam minus probabilem reputat. Ergo à pari idem dicendum in materia morum.

Respondet Theologus istum non rectè intellexisse argumentum: non enim universaliter dixi, ad sectandam opinionem in materia fidei necessarium esse, ut illam veram esse judicemus, cum oppositum prorsus asseram in argumento, quod ut à certioribus inchoaretur, dixi haud dubiè licitum esse in materia fidei sequi quamcumque ex paribus certè probabilibus, saltem quando quis illam existimat esse absolutè veram. Quod statim probavi exemplo eorum, qui in materia de Immaculata Deiparæ conceptione contraria sentiunt. Hoc autem toto caelo differt ab universalis propositione, quam Theologus iste mihi tribuit: Itaque si intendat ad hominem arguere, aut ex universalis principio à me cõcesso argumentum formare, haud dubiè argumentum procedit de subjecto non supponente, & nil concludit. Errat ergo in intelligenda prima parte objectionis; ad secundam autem, ubi probo licitum esse docere partem nobis minus probabilem, non responderet.

Reipsa solum sectantur probabiliora.

37. Respondet secundò, me quoque admittere, nemini in materia morum licere sequi partem minus tutam, nisi ex argumentis, vel directis, vel reflexis, absolutè credat illam esse licitam. Ceterum licet non possim judicare opinionem directam esse veram, quamdiu existimo oppositam esse verisimiliorem, tamen hoc non obstante ex argumentis indirectis & reflexis, & in ordine ad alias circumstantias possum existimare opus illud esse absolutè licitum, & sic bona fide licitè operari. Itaque si loquamur de reflexa consideratione, argumentum nil prorsus urget.

An & quomodo assentiri possimus minus probabilibus?

38. Quod si loquamur de argumentis tantum directis, fateor & ego neminem judicare posse aliquid esse verum, quamdiu absolutè & finaliter existimat oppositum esse verisimilius aut probabilius: verum si præcindamus ab hoc judicio comparativo, & consideremus apparentiam

R. P. A. Terilli Regula morum, PARS I.

antecedentem omnem affectum ulli parti affixum, dico intellectum non solum physice, sed etiam prudenter secti posse in assensum partis verè minus probabilis, ita tamen ut jam per hoc ipsum judicium, imò etiam aliquo modo pro priori ad illud, absolutè respiciamus partem hanc ut verisimiliorem & probabiliorem parte opposita. Hoc latè probatum est *quaest. 10. de cons. prob.* ubi de hoc ipso ex professo quaestionem institui. Videantur ibi dicta. Sed & plura de hoc argumento dicenda sunt in sequentibus. Quantum autem ad præsens Theologi argumentum attinet, respondeo illud utrumque locum habiturum, si intellectus in sensu composito judicii de majore probabilitate partis tutioris, violenter adigeretur ad absolutè judicandum partem minus tutam esse licitam; tunc enim homo videretur se sponte excæcare. At quòd judicium hoc eliciatur in sensu diviso comparationis, & intellectus ex innocuo affectu & imperio voluntatis determinetur ad assensum præstandum rationi in actu primo remoto minus allicienti, sed in actu primo proximo, tam cõcomitanter quàm consequenter ad innocuum voluntatis affectum, magis allicienti, non est imprudens sed prudens, quia homo sic agit, sicut homines prudentes ex potentiarum suarum natura & subordinatione operantur. Et sane cum antecedenter ad omnem affectum constet, motivum hoc, quod postea approbatur, esse prudens, & cum magnâ veritatis inveniendæ spe conjungi, illudque, accedente innocuo voluntatis affectu ad illam partem, jam fortius & suavius alliciat, quàm oppositum; idque clarè percipiatur, voluntas prudenter imperat assensum, quò pars illa absolutè creditur vera, & probabilior opposita. In quo imperio eliciendo voluntas prudenter operatur, sive bonum intellectus præ se spectetur, sive etiam finis voluntatis præ oculis habeatur. ut dicta *quaest. 10.* ostensum est.

39. Ceterum aliqua fortassis species turpitudinis primò aspectu appareret in voluntate, si illa eo tantum sine tale judicium imperaret. ne videret malitiam, quam præcavere debuisset, si illud judicium non eliciisset. Sed si voluntas alia de causa, absque ullo respectu ad istum finem judicium illud imperet, non est unde reprehendi possit. Tunc autem licet sequi tale judicium. Ceterum nulla neque in illo casu vera turpitudine inveniretur, quia haud dubiè sæpè voluntati licet assensum imperare; idque eo fine ut malum non appareat, quod alioquin vitandum fuisset. Si enim intellectus dubitet, peccat voluntas amplectendo partem minus tutam. Jam voluntas, si motivum prudens adit, prudenter imperat assensum, quo dubium tollitur, ut sic licitè ponat illud, quod alioquin absque peccato ponere non potuisset; neque hoc est sponte se excæcare, sed sponte veritatem videre, & cæcitatem dubitationis avertere. Idem locum habet in casu presentis, quia homo ad aliud non obligatur, quàm ad non sectandam partem minus tutam, nisi absoluto judicio prudenti illam credat esse licitam, omni enim alia obligatio absque ratione asseritur. Ergo voluntas ad aliud non tenetur, quàm abstinere, donec sectat intellectum ad tale judicium. Si autem physice possit illum ad tale judicium sectere, non imprudentiè arguenda est, sed laudanda tanquam prudens, quia medium adhibet, quo à peccati periculo liberatur. Ceterum quia judicium, minori probabilitati affixum, est infimus gradus prudentis assensus, ideo aliqua species imprudentiè simul apparet, quia infimum

Judicium de non sectate rei licitè elicitur, nec cogamur ad tutiora.

in unoquoque genere, si comparatur cum supremo in eodem genere, spectare videtur ad genus oppositum, sic qui in infimo gradu liberalitatis se continet, videtur avarus, si cum summo liberali comparatur, quo tamen non obstante, uterque verè liberalis est. Idem valet in casu nostro de iudicio parti minus probabili alligato. Immo verò à potiori valet in casu nostro, in quo species illa mali longissimè abest, quia sive intellectus eliciat, sive non eliciat illud iudicium directum, multis aliis de causis liberamur ab obligatione sectandi partem tutiorem, ut partim constat ex dictis, partim ex dicendis abundè constabit: itaque nulla species turpitudinis prætextæ locum habet in casu objectionis.

40. Objicit secundò: non solum non est certum, sed ne quidem verum est, quod in materia fidei licitum sit amplecti quancumque volueris ex sententiis oppositis, quando utraque est certo probabilis, & nescitur quænam sit probabilior, quia in eo casu dubium resultat, & intellectus nequit ullam ex illis partibus veram credere. Unde infert contra me, quod, cum etiam in materia fidei requiram absolutum iudicium de veritate opinionis, ut quis eam teneat, defendat, aut doceat, nemo in materia fidei licitè tenere ac docere possit opinionem, quam putat æquè aut minus probabilem.

Respondeo, objectionem etiam hanc in mala rationis meæ intellectione fundari, quæ proinde nec me urget, nec argumento à me allato satisfacit. Iterum ergo dico, certum videri, quod in materia fidei liberum cuique sit ex duabus opinionibus contradictoriis æquè probabilibus, quamlibet eligere ut eam doceat in scholis, teneat, ac defendat, etsi neutri illarum assensum præbeat. Ratio est, quia per hoc non minus munus boni magistri implet, nec minus utilitatis discipulis affert, quam si ipse in animo suo eandem opinionem teneret. Nec obstat quod ipse dubius de veritate maneat, nequeatque, in sensu composito dubii aut iudicii de æqualitate rationum utrique parti faventium, iudicare opinionem, quam docet, esse veram; quia ad licitè docendam opinionem sufficit, si habeat fundamentum existimandi quod illa licitè doceatur, quod certè non deest in casu nostro, etsi ipse de illius veritate suspensus maneat. Et hæc est disparitas inter materiam fidei ac morum, quod in moribus opinio, quam ultimè sequimur, absolutè credi debeat vera, alioquin non dirigeret nos ad illud faciendum, quod tradit esse licitum. At ad docendum opinionem hoc non requiritur, quia opus, quod facio, est opinionem illam tradere, eamque defendere, ad quod faciendum aliunde sufficienter dirigor, quam à iudicio, quo credo opinionem illam esse veram, ut patet. Cæterum quando dico liberum nobis esse in casu proposito quamlibet, ex æquè probabilibus, opinionem eligere, ut eam teneamus, id ita etiam intelligo, quod ex imperio voluntatis flecti possit intellectus ad alteram partem credendam, illamque antea utraque habebatur æquè probabilis. Quod autem hoc fieri possit, & quidem prudenter, in materia fidei, à potiori constat ex iis, quæ proximè dicta sunt in responsione ad primam replicam, & multo uberius ex dictis in quest. 8. 9. & 10. de conscientia probabilis.

Theologus
malè intel-
ligit sen-
sum ejus,
quem im-
pugnat.

Omnis opi-
nio certò
probabilis
licitè docet-
ur.

Theologus
istè dispari-
tatem affi-
gnat.

41. Objicit tertio. Ideo Doctor aliquis, existimans probabilis esse quod Deipara maculatè concepta fuerit, potest oppositam opinionem lau-

dabiliter docere, quia Doctor ille præsumere debet, sententiam minus piam ex passione vel ignorantia sibi proponi ut verisimiliorem sententiã piã, quam Ecclesia magis probat, & universi Doctores extra Dominicanam familiam certissimam putant. Præterea in sectanda pia opinione nullum est periculum, quia illa est conformior sensui Ecclesiæ; est autem periculum in sectanda opposita, quæ illi repræsentatur ut probabilior. At omnia aliter se habent in materia morum, quia quando pars tutior proponitur ut probabilior, nullum adest fundamentum credendi, id ex passione vel ignorantia provenire. Deinde nullum est periculum in sectanda parte tutiore ac verisimiliore. Est autem periculum peccati in sectanda parte minus tuta, quæ simul apparet minus verisimilis. Ergo argumentum hoc nullam habet verisimilitudinem. Mirandum proinde est, virum doctum hoc paritate usum fuisse contra sententiam rigidam.

42. Respondeo paritatem subsistere, & efficacissimè urgere omnes nobis adversantes. In primis etsi Doctor ille non præsumat, se ex passione aut ignorantia deceptum, adhuc laudabiliter docet oppositam opinionem, ut constat ex dictis. Nec hoc improbat iste Theologus. At in hoc solo tota argumenti vis consistebat. Secundò falsum est, quod Doctor ille debeat præsumere, se aut ex passione, aut ex ignorantia deceptum. Et quidem quod ad passionem attinet, potest certò scire oppositum. De ignorantia autem & erroris metu non est quod habeat timorem si questionem à fundamento examinavit, & quidem metu erroris liber erit, si suam sententiam suspendat. Nec obstat Ecclesiam magis favere benignæ sententiæ, quam perlicque tenent, quia sicut hoc non obligat quemquam ad sectandam piam opinionem, aut ad præsumendum se passione aut ignorantia decipi, quando alios non docet, sed sibi soli & veritati studet, ita similiter id ipsum nullam habet influentiam ad talem præsumptionem necessariò adhibendam, quando piam opinionem docet in scholis.

43. Cæterum in hoc dicto hujus Theologi duos errores invenio: primus est, quod dicat omnes tenentes piam sententiam existimare eam esse certissimam. Hoc falsum est, quia si eam certissimam haberent, non possent non oppositam, ut maximè temerariam, & certissimè falsam, & consequenter ut peccaminosam reputare. At illicitum est talem contrariæ sententiæ censuram inurere, ergo non omnes, qui illam tenent, eam certissimam reputant. Secundus error est, quod asserat omnes extra Dominicanam familiam tenere piam sententiam. Utinam hoc verum esset, sed falsum est, quia aliqui, quamvis pauci, cum Dominicanis sentiunt. Cæterum non obstante favore, quem Ecclesia hæctenus ostendit benignæ sententiæ, adhuc supremus Pastor hæctenus ab illius definitione, atque à censura contrariæ opinionis abstinere voluit, ideoque favor ille ne quidem definit, piam opinionem esse probabiliorē opposita. Itaque favor iste Ecclesiæ neminem urget ad præsumendum, se ex passione vel ignorantia deceptum existimare, piam opinionem esse minus probabilem opposita.

Sed ne quis circa meam de hoc mysterio opinionem decipiatur, eam paulo clariùs explicandam censui. Ego enim in eam opinionem propendo, quæ huic mysterio proximam definitibilitatem, atque formalem quandam certitudinem, sed infra immediatam infallibilitatem ac certitudinem

Disparitas
allata est
nulla.

Docens piã
sententiam
contra pro-
prium non
tenetur præ-
sumere se
falli in sua
opinione.

Duo erro-
res hujus
Theologi.

TERTIA RATIO.

nem fidei divinæ, attribuit. Proinde, speculative loquendo, opiniones de hoc mysterio sibi contradicentes extra numerum opinionum verè & purè probabilium jam constitutas existimo. Itaque quicquid aut in tractatu de Conscientia probabilis de hoc mysterio dictum fuit, aut in hoc opere dicendum erit, cum hac limitatione accipi volo, quantum ad meam de ea sententiam pertinet. Hinc autem ultro fateor argumentum in hac paritate fundatum juxta meam propriam sententiam verè procedere de subiecto non supponente, cum sit extra materiam, de qua præsens controversia instituitur. Nihilominus paritatem hanc urgendam censui, quia eam validam puto ad hominem contra eos, qui minus piam sententiam sectantur, atque ita opinionem suam probabilem reputant, ut piæ sententiæ veram probabilitatem haud denegent. Sine dubio argumentum hoc eos validissimè urget, sicut urget etiam omnes, si respiciamus tempus, in quo piæ sententiæ nondum adeo communis erat, nec tantam ab Ecclesia approbationem habebat, quantam eam modò gaudere cernimus. Itaque in hoc solum sensu argumentum à paritate ista peculiariter desumptum, & à me fusè ponderatum accipi volo. Hoc prænotato ad adversarium redeo, quem sicut in doctrina antecedentis errasse ostendi, ita eum in eisdem doctrinæ applicatione à vero deviasse ejus convincam.

Urgetur Theologus & proprio argumento confutatur.

44. In primis si fermo sit de licito directe minus probabilium usu, de quo solo puncto, reflexè considerato, nunc agimus, aucter dico, aut tantum, aut ferè tantum adest fundamentum existimandi, quod tenens rigidam sententiam ex passione, vel ignorantia decipiatur, quam in materia de immaculata Deiparæ conceptione. Ratio est, quia ex Ecclesiæ Doctoribus plures opinantur contra immaculatam conceptionem, quam contra licitum usum minus probabilium, illi enim olim fuerunt plurimi, & modò sunt, multi, iisque viri Sanctissimi doctissimi que. At pauci valde benignam sententiam impugnaverunt. Præterea per sæculum integrum omnes omnino benignæ sententiæ subscripserunt, nil autem simile afferri potest pro sententiâ piâ. Ergo ex hoc capite præsumptio erroris magis urget rigidam, quam minus piam sententiam, sed & Ecclesia, summique ipsius Pastores suis decretis ac responsis plurimum sicut benignæ sententiæ, ut infra constabit *quæst. 8.* Deinde etsi nullum sit periculum errandi in sectanda parte tutiore in praxi, est tamen ingens errandi periculum in illâ doctinaliter sectanda, id est in existimando ac docendo, quod usus minus probabilium non sit licitus, & quidem hoc periculum in opinione omnium ferme Ecclesiæ Doctorum, est longe majus, quam periculum in tradenda benigna sententiâ. Hæc legat Theologus ille, & fortasse suæ replicæ applicabit quod meo argumento objicit, scilicet quod nullam in ulla sui parte verisimilitudinem habeat. Nec amplius mirabitur, si paritatem istam urgeam. Urgeo enim illam ut efficacissimam, quippe quæ tam apud antiquos quam recentioris ita prævaluit, ut omnes existimarent benignam sententiam ex illa efficaciter stabiliri, ut ostendi *quæst. 22 & 23. de conscientia prob.* Sed de hoc plura dicenda erunt *quæst. 11.*

45. **N**ULLA lex obligat, nisi sufficienter promulgetur. At quoties adsunt rationes, probabiliter suadentes partem minus tutam esse licitam, lex præcipiens partem tutiorem, non est sufficienter promulgata. Ergo illa lex neminem obligat, quamdiu certò probabile est, partem minus tutam non esse prohibitam. Rationem hanc fusè deduxi *quæst. 23. de conscientia probabilium. num. 14 & seq.* neque illa huc transcribenda duxi, tum quia infra de hac re agendum erit contra Celladeum, tum quia Theologus iste rationem illam non aliter proposuit, quam sub terminis à me jam citatis. Cæterum omittere nolo exemplum, quod *quæst. illa. 23. num. 21.* ponderavi, quia valde efficax est: sic ergo arguebam. Quis non videt me, cui directè loquendo probabilis est, quod circumstantiæ aggravantes in eadem specie sint necessariò confitendæ, hac mea opinione non obstante, posse sic formare conscientiam? Si lex confitendi has circumstantias fuisset sufficienter promulgata, & applicata tam Ecclesiæ quam membris Ecclesiæ, fieri non potuisset, ut S. Thomas, majorq; Theologorum pars negarent talem legem existere. At illi negant eam dari. Immo Concilium Tridentinum omnem hujusmodi obligationem tacuit, cum ex professo ageret de illa quæ necessario confitenda erant. Ergo vel nulla ejusmodi lex existit, vel certè illa non est sufficienter promulgata. Maximè cum leges ejusmodi sint universales, debeantq; ex se omnes aequaliter efficere. Ergo si omnia inspiciantur, non teneor exprimere tales circumstantias. Nil profecto clarius, aut rationabilius tali discursu. At simile dicitamen non solum eodem modo, sed longè à fortiori fieri potest, quoties pars minus tuta est æquè aut minus probabilis, quia si quæramus, an detur lex præcipiens in tali casu partem tutiorem, respondeo tal. m. legem aut non dari, aut non esse sufficienter promulgatam, quia unanimis omnium Ecclesiæ Doctorum per integrum sæculum consensus fuit, quod nulla detur lex ejusmodi, sed quod liceat lectari partem minus probabilem, minusque tutam, contra probabiliorem ac tutiorem. Quod si à triginta annis pauci aliqui oppositum docuerint, id nil facit ad sufficientem legis promulgationem, quia adhuc longè major pars Doctorum expressè tenet, nullam ejusmodi legem existere, in qua doctrina tot Doctores nunquam convenire potuissent, si illa lex non solum existeret, sed etiam sufficienter promulgata & applicata fuisset.

Lex probabiliter non existens non est sufficienter promulgata.

SOLVUNTUR OBJECTIONES dicti Theologi.

46. **O**BII CIT primò. Argumentum hoc solum procedit de lege humana, quæ non obligat, nisi manifestè & evidenter promulgetur coram multitudine. Sit ergo casus: Petrus dubitet an lex aliqua promulgata sit, sed occurrant rationes validiores ad credendum, quod lex fuerit, quam quod non fuerit promulgata. In hoc casu Petrus non potest probabiliter inferre, legem illam non fuisse absolutè & simpliciter promulgatam, eò quòd ipse de hoc dubitet. Inferretur quidem ritè legem illam non fuisse sufficienter promulgatam, si apud omnes homines, & omni tempore, quo lex incepisse dicitur, ejus promulgatio dubia fuisset. At non inferretur tale dubium existere, aut extitisse, eò quòd Petrus

Unius dubitatio non arguit legem non esse promulgatam.

de ea re dubitet. Ergo dubium Petri non probat legem illam non esse simpliciter promulgatam; seu non habere vim obligandi in actu primo. Jam verò ut lex promulgata, & vim habens in actu primo, applicetur singulis, & postea habeat vim obligandi in actu secundo, non requiritur ut certò & evidenter constet de ejus existentia, & promulgatione, sed satis est, quod constet probabiliter. Constat autem probabiliter, quoties quis prudenter judicare potest, legem illam fuisse promulgatam, & non fuisse abrogatam, & non potest prudenter judicare oppositum. Hoc autem contingit in casu nostro, nam dum adsumo urgentiora fundamenta pro existentia, ac promulgatione legis, quam pro ejus non existentia apud Petrum, Petrus prudenter judicare potest legem existere, nequit autem prudenter judicare oppositum. Ergo obligatur ad legem. Itaque concessa majore, negatur minor ex consequentia argumenti. Ita ille.

Si sola dubitatio non probat legem esse sufficienter promulgatam.

47. Respondeo argumentum ex æquo procedere de omni lege, proportionem servata, ut ostendi dicta *quæst.* 23. Ratio est evidens, quia essentia legis consistit in voluntate ac imperio superioris, quibus subditi diriguntur. At impossibile est ut dirigantur voluntate & imperio superioris, nisi illa sufficienter manifestentur, & applicentur subditis. Promulgatio autem in hac manifestatione consistit, ut patet. Ergo illa æquè necessaria est in omni lege, quamvis eadem ceremonia non requiratur ad promulgationem omnis legis. Hoc supposito, ut pressius veniam ad argumentum, restringo me cum arguente ad legem humanam, & fateor solum dubium Petri non probare, quod lex illa non existat, aut non sit promulgata. Sed si Petrus dubitans petat ab aliis; & illi ab aliis, & nemo tandem sit qui certò dicere possit legem illam fuisse promulgatam, & plerumque absolute negant eam unquam fuisse latam; ex hoc satis manifestè constat, talem promulgationem non fuisse, quia si fuisset, ejus certa notitia ad aliquos, immo ad magnam aut majorem partem posterorum pervenisset. At certa illius notitia apud neminem inveniri potest. Ergo nunquam extitit talis promulgatio. At hic est casus noster, quia loquimur pro casu, in quo nemo certò scit, talem legem aut promulgationem existere, vel extitisse.

Eadem dubitatio infert legem ad esse sufficienter applicatam.

48. Quod si concedamus fieri posse, ut promulgatio, olim evidens, magnæque parti reipublice notoria, ex certa omnium memoria dilabatur, adhuc eadem difficultas procederet de necessaria legis applicatione; lex enim illa non esset sufficiens ad dirigendos subditos, eosque obligandos. Quomodo enim voluntas superioris potest dirigere subditos, qui nesciunt, an superior talem voluntatem habeat? Et de qua maxima subditorum pars post omnem diligentiam credit oppositum? Itaque si dicta incertitudo apud omnes aut plerisque subditos existat, manifestum est, talem legem non esse sufficienter applicatam, ut universaliter obliget omnes, & vim legis exerat. Itaque exemplum illud Petri dubitantis, & ratio ab ejus dubitatione ducta non solvit argumentum, proinde malè negavit minorem, quam non probavi ex dubio unius particularis hominis, sed ex dubitatione & incertitudine omnium subditorum, quæ dubitatio efficaciter arguit, legem ejusmodi non esse sufficienter promulgatam & applicatam, ut obliget, & vim legis exerat.

49. Quod addit de applicatione singulis fa-

cienda, ut lex eos obliget, multis de causis deficit. Inprimis supponit, legem verè fuisse promulgatam, & hoc certò constare magnæ parti communitatis, & exinde progreditur ad qualitatem applicationis singulis necessariam. At quæstio nostra procedit ex opposito, quando legis existentia & promulgatio nulli prorsus certò constat. Itaque in ipsa suppositione deficit; sed data suppositione, adhuc reliqua deficient: quatenus enim admittam probabilitatem sufficere ad inducendam obligationem in particulari homine; quando oppositum non est probabile; tamen si oppositum non solum huic homini, sed aliis omnibus sit probabile, & multis longè probabilius, verum non est quod lex ejusmodi sit satis applicata, ut quemquam liget. Hic autem est casus noster, ut videre est in exemplis, quæ ponderata sunt in argumento. Deinde in ordine ad applicationem legis humanæ non attendendum est, quid huic homini, sed quid videatur communitati, ad quam dirigendam, & pro cuius communitate lex lata est. Quamvis enim particularis homo absolute crederet legem dari, & sufficienter applicari, non tamen ideo lex illa esset sufficienter applicata ut obligaret, si apud communitatem res esset dubia, quia nisi obliget communitatem; neminem obligat. Unde ille particularis homo, stante illa dispositione, peccaret quidem contra conscientiam, si oppositum faceret, non tamen peccaret contra legem, utpote quæ neminem obligat. Cæterum talis homo non peccaret, ne quidem contra conscientiam, si reflectens ad debitam legis applicationem, agnosceret illam deesse, & sic inferret, nullam ex privata persuasionem de existentia legis applicationem sibi inferri, cum illa non probeat legem sufficienter promulgatam, & applicatam fuisse communitati, ut quemquam obliget.

Opinio privata de lege non est sufficiens ejus applicatio, ut liget, nec arguit talè applicationem.

50. In eo etiam deficit, quod dicat tunc legem particulari homini sufficienter applicari, quando lex & legis promulgatio illi probabiliter constat. Tunc autem utraque constat probabiliter, quando prudenter potest judicare legem promulgatam fuisse, & non fuisse abrogatam, & non potest prudenter judicare oppositum. Hoc autem asserit tunc evenire, quando apparentia pro lege est probabilior apparentia pro non lege. Discursus iste præter jam dicta in duobus deficit: primum est, quia nemo obligaretur illa lege, quando apparentia illa esset æquè probabilis utriusque, tunc enim per illam homo non posset judicare legem dari. Hoc autem expressè contrariatur ipsius doctrinæ, & si concedatur, maxima ex parte nobis sufficit, & per legitimum discursum infertur, quod intendimus. Secundus error est in supposito, quia supponit in tali casu non adesse sufficiens fundamentum ad prudenter judicandum quod lex non existat, &c. hoc autem repugnat casui, de quo loquimur, quia supponimus, utramque partem esse certò probabilem, & consequenter supponimus, utramque habere motum sufficiens ad prudenter judicandum. Ergo non deest motivum sufficiens ad prudenter judicandum de veritate partis minus probabilis. Præterea *quæst.* 9. & 10. de *consc. prob.* latè probavi, motivum minus probabile ad prudenter judicandum sufficere.

Alii defensus argumenti notantur.

51. Demum Theologus iste, doctrinam hujus objectionis incongruè proposuit, quia supponit, eandem in casu argumenti nostri dari probabilitatem de promulgatione & applicatione legis, quæ datur de existentia legis, seu voluntatis obligandi

Objectio Theologi falsa suppositione nititur.

obligandi in superiore. At hæc duo diversa sunt, eorumque probabilitates & scientiæ separari possunt. Fieri enim potest, ut superior, seu legislator condat legem, sed eam deinde, aut nullo modo, aut insufficienter promulget. Idem dico de applicatione requisita ad obligandum in actu secundo. Nostrium ergo argumentum in eo fundatur, quod universalis probabilitas de non existentia legis seu voluntatis in legislatore, longè efficacius inferat non existentiam promulgationis & applicationis, quam ipsius legis; quia promulgatio & applicatio sufficiens constitunt in rebus, quæ facilius & efficacius manifestant seipsas, & sui mediatione legem, quam lex ipsa possit seipsam manifestare. Unde probabilitas, quæ est de non lege, tota sua vi arguit non promulgationem, quæ essentialiter supponit legem. At argumenta, quæ suadent non promulgationem, non æqualiter probant non legem. Ergo perperam & contra veritatem supponit, argumentum nostrum procedere ex suppositione majoris probabilitatis de legis non promulgatione, cum dicamus, universalem non probabilitatem legis ita inferre non promulgationem, aut non applicationem sufficientem, ut non sit probabile, sufficientem promulgationem & applicationem legis existere, quamvis dicta probabilitas non legis, non aufferat probabilitatem de lege. Et sane ipsimet in suis principiis idem dicere tenentur, quia universalis major probabilitas de non lege, certò inferret non promulgationem, aut non applicationem sufficientem, cum tamen probabilem de lege conjecturam non impediret.

omnes omnino dubitent, aut probabile existiment, quod aliquid non contineatur sub verbis; aut quod legislator noluerit illud comprehendere; datur præsumptio, quod superior humanus obligare nolit suos subditos ad illud ex præcepto faciendum, ut ostensum est dicta quaest. 23. num. 19. & sequentibus. Cæterum, stante tali casu, voluntas illius non est sufficienter intimata & applicata, ut obliget.

55. Objicit tertio. Quamvis in occurso opinionum lex directè vetans opera servilia in die festo non esset sufficienter promulgata ad obligandos subditos, ne pingant in diebus festivis, esset tamen certò propòsita lex reflexa de evitando periculo violandi legem directam, de cujus existentia dubitatur, juxta illud: *Qui amat periculum, peribit in illo.* Et juxta regulam Juris: *In dubiis tutior pars est eligenda.*

Objeçtio 3.

Respondeo primò, objectionem contradicentia continere. Ex una parte supponit legem non esse sufficienter promulgatam, & ex altera parte dari periculum violandi talem legem. Hæc sibi contradicunt, quia nullum potest esse periculum violandi legem, si lex certò non obliget. At lex sufficienter non promulgata certò non obligat. Ergo nullum est periculum violandi talem legem.

Objeçtio hæc contra dicit sibi.

56. Respondeo secundo objectionem duobus modis intelligi posse. Primò, ut sensus sit, dari certam legem reflexam prohibentem homines ne operentur in dubio legis directæ, quamdiu practicè dubitant; id est, quamdiu dubitant, an lex illa obliget, & nullo modo formant conscientiam de honestate suæ operationis; textus enim illi de hoc solùm casu universaliter procedunt. Secundo, dari certam legem reflexam vetantem nos sequi partem minus totam minusque probabilem, de qua sola lege nunc agimus. Primam legem ultro admittimus, sed secundam respiciamus, immo nemo sine ingenti temeritate, & evidenti falsitate dicere potest, illam legem esse certam, cum omnes fere Theologi negent talem legem existere. Unde longè majus dubium est de hac lege reflexa, quàm de ulla particulari lege directæ, de qua opiniones contrariæ reperiuntur. Talem autem legem non dari, ex defectu sufficientis promulgationis & applicationis, efficaciter colligimus. Quæ cum ita sint, existimo Theologum hunc non alluisse ad hanc secundam, sed ad primam legem reflexam; sapientior enim est vir doctus, quàm ut supponat, controversiam præsentem esse certam, cum multum illi sudandum erit, ut evincat suam sententiam esse probabilem. At prima lex nil obstat, quia sicut illa per hunc Doctorem non obstat in lege directæ, quando quis prudenter existimat talem legem non dari, ita pariter non obstat nobis, quia ut quis licitè sequatur partem minus probabilem minusque tutam, necesse est ut ex rationibus reflexis prudenter judicet nullam legem prohibere hoc opus in istis circumstantiis, in quibus ponitur. Ergo non magis exponimur violationi hujus legis reflexæ in nostra opinione, quàm ille in sua, id est vere neutri tali periculo exponimur.

Non datur certa lex reflexa vetans usum minus probabilem.

57. Objicit quartò. Argumentum non procedit de lege divina; lex enim naturalis, & lex æterna non indigent promulgatione exteriori, ut habeant vim legis, sed satis est quod internè proponantur per fundamenta rationis. Non est autem necesse, ut ratio proponens legem æternam sit manifesta, evidens, & convincens intellectum hominis, qui ea lege obligandus est; sed

Objeçtio 4.

satis

Alia objeçtio.

52. Objicit secundo. Argumentum non procedit de omni casu dubio in observatione legis humanæ. Petrus enim certificari potest de existentia legis prohibentis opera servilia in die festo, & tamen dubitare, an pingere sit opus servile, & prohibeatur illa lege. At ubi constat de lege, & adest prudens fundamentum ad credendum opus aliquod contineri sub verbis legis, jam talo opus censetur absolute prohibendum.

Contradicçtio Theologus.

53. Respondeo primò, doctrinam hujus objectionis, ut jacet, primario hujus Theologi intento contradicere. Nam ille fatetur, licitum esse sequi apparentiam probabiliorum, etiam in casu legis certæ, quamvis de utroque certò probabile & prudens, quod opus contineatur sub lege. Ergo falsum est, quod tale opus censetur absolute prohibendum per hoc, quod detur fundamentum prudens existimandi quod contineatur sub verbis legis. Tunc ergo solum habetur opus ejusmodi esse absolute prohibendum, quando ita est probabile voluntatem legislatoris ad illud extendi, ut oppositum non sit probabile. Quare.

Casus quæ ponit non solvit argumentum.

54. Respondeo secundo, argumentum nostrum procedere de omni casu dubio legis terminatæ ad opus, de quo quaritur, an prohibeatur. Lex enim, & anima legis consistit in voluntate legislatoris. Ergo si dubium sit an voluntas legislatoris extendatur ad hoc objectum, verè dubium est, an existat lex vetans hoc objectum, ad quod vetandum nullam influentiam habet voluntas ejusdem prohibens alia, nisi etiam ad hoc vetandum extendatur. Itaque dubium hoc est verissimum dubium legis, & consequenter argumentum nostrum æquè procedit de hoc casu, ac de quovis alio, cum in nullo sit diversitas. Imo si sermo sit de lege humana, omnino præsumendum est, eam ad alia non extendi, quàm quæ communiter ab omnibus existimantur contineri sub verbis. Quod si

latis est quod ille habeat prudens & rationale fundamentum iudicandi legem existere, ad hoc ut violatio talis legis ei imputetur ad culpam.

Argumentum à fortiori locum habet in lege divina positiva.

58. Respondeo jam ostensum esse, quod argumentum, proportionem servata, æque procedat de omni lege, nec de hoc ullum potest esse dubium. Cæterum obiectio in eo aperte errat, quod universaliter dicat, legem æternam promulgatione externa non indigere, oppositum enim evidens est in omni lege divina positiva, quæ certè non minus indiget externa promulgatione, quam lex humana, quamvis Deus pro suis legibus promulgandis non eas ceremonias requirat, quas legislatores humani sapienter præscribunt pro suis. Itaque loquendo de lege divina positiva, idem prorsus dicendum in casu argumenti nostri, ac de lege humana, ut per se patet, & constat exemplo legis obligantis ad confessionem peccatorum. Immo argumentum nostrum fortius urget in lege divina, quia major est præsumptio, quod si talis lex verè extitisset & sufficienter proposta fuisset Ecclesiæ, nunquam fieri potuisset, ut omnes omnino de ejus existentia dubitarent, aut censerent probabile, quod nunquam extiterit.

Maximè vero urget in lege naturali.

59. Quod ad legem naturalem attinet, argumentum magis urget in illa, quam in aliis, ut mox constabit. In primis existimo, nullam legem naturalem proximè obligare, nisi certè & evidenter obliget, quia omnis obligatio naturalis aperte reducitur ad aliquam legem, directam aut reflexam, illi certè notam; qui tali lege proximè obligatur. Sed de hoc nolo jam contendere, esto, ratio probabilis sufficiat, quando oppositum non est probabile. At si honestas operis alicujus sit certè probabilis apud omnes (de quo solum casu loquimur) datur manifesta præsumptio, quod illud non sit prohibitum lege naturali, quamvis aliqui probabiliter existiment, opus illud esse prohibitum. Ratio est, quia lex naturalis facile innoscit: unde si post omnem considerationem adhibitam, nemo potuit certè scire, rem illam esse malam, præsumendum est, quod non sit intrinsecè mala, & lege naturæ prohibita. Constat ergo, peculiarem hominis opinionem, de majore probabilitate inhonestatis talis rei, non obtinere, quo minus ex universalis probabilitate contrarii rectè inferat, ac probabilissimè saltem iudicet, hoc opus verè non esse malum, nec ulla lege naturali, aut existente, aut sufficienter hominibus applicata esse prohibitum. Itaque argumentum à me allatum in omni prorsus lege est efficax.

QUARTA RATIO.

60. **C**ELEBRE est illud dictum Lactantii Firmiani lib. 3. institut. cap. 27. ubi hæc habet. *Stultissimi est hominis præceptum eorum velle parere, quæ utrum vera sint, an falsa, dubitatur, & ideo nemo parat, quia nemo vult ad incertum laborare.* Hoc Lactantii dictum rectissimè applicatur ad omnem legem dubiam, quia si post omnem conatum maneat incertum, an lata fuerit, neminem obligare potest; Nam stultissimum est tali præcepto, ut præcepto velle parere, cum an sit verum, an fictum præceptum dubitatur, & ideo nemo parat, quia nemo vult ad incertum, quasi ad certum, obligatum se purare. Hic est casus noster: nam post omnem conatum adhibitum, adhuc incertum est, an aliquid sit verum, nec ne: Immo supponitur manere

Obligatio dubia prudenter rejicitur.

probabile, quod liceat. Ergo eo ipso legitime inferitur, quod nulla ejusmodi obligatio urgeat. Formatur autem hic discursus. *Obligatio non supponitur, sed probatur: sed hæc obligatio post omnem industriam probari non potuit. Ergo non debet præsumi, sed præsumendum est quod nulla detur.* Similiter iste alius Syllogismus hoc modo deducitur. *Si lex aliqua hanc actionem prohiberet, illa post debitam diligentiam patuisset. At post omnem industriam non patet, quia res semper manet incerta. Ergo nulla lex prohibet hanc actionem.* Et hoc est in quo Auctores innumerabiles fundantur, qui tenent jus dubium non obligare, quia, dubio post debitam diligentiam remanente, prudenter præsumimus, legem non dari.

61. Præterea multis de causis, scimus legem dubiam omni obligandi vi carere. In primis ex vi sufficientis promulgationis obligare nequit. Sed de hoc in tertia ratione egimus, nunc aliis insistimus. Secundò lex ex sua essentia est regula & mensura operationum subditi, à superiore imposta. Atqui voluntas dubia superioris, quæ fortè existit, fortè non existit, non potest præcedere, dirigere, ac regulare operationes subditorum, quia dubitatur an actio sit, nec ne, conformis voluntati ac imperio superioris. Ergo lex dubia non potest obligare & regulare instar legis & regulæ arctantis & exercentis vim regulæ. Tertio, si lex dubia obligaret, perinde deberemus nos gerere in dubio post legem investigatam, ac in certa cognitione legis. At hoc est falsum, quia post legem non inventam, prudenter præsumimus illam non dari. Talis autem præsumptio, sicut contraria est certæ notitiæ legis, ita fundat contrarios effectus; certitudo enim legis obligat, ac prudens præsumptio non legis deobligat. Quarto, adversariis fatentibus, in dubio de sensu legis, si omnes communiter de illo dubitent, lex ad illum sensum non obligat. Ergo à fortiori dubium de ipsa lege ejus vim enervat, quia plus est dubitare de substantia legis, quam, supposita ejus existentia, solum dubitare de ejusdem sensu. Quintò, lex dubia non aliter arctat, si existat, quam si non existat; nam utcumque se habeat, stante dubio, iidem omnino sunt actus intellectus & voluntatis in operante. Ergo eodem modo peccat vel non peccat, sive existat lex illa, sive non existat. Sed lex dubia non existens non habet vim arctandi & obligandi, ut patet, quia voluntas superioris non existens non potest quemquam obligare, vel dirigere. Ergo neque si existat, potest arctare, aut, stante dubio, ullam malitiam in actum refundere, alioquin gravius peccaret, qui legem dubiam existentem, quam qui non existentem violaret, quod est absurdum: ergo lex, post omnem diligentiam manens dubia, non obligat. At quoties, omnibus consideratis, probabile est, nullam legem existere, existentia legis post omnem diligentiam est dubia. Ergo neminem ligat. Undè intellectus ex dubio legis dubium de sua obligatione deponit, & rationabilissimè concludit, neminem ex vi talis legis obligari ad tutiora sectanda, sed licitum cuique esse in tali casu sectari minus tuta, cum dirigatur per prudentem præsumptionem, quod opus sit licitum. Hæc & hisce similia prosecutus sum dicta quæst. 23. à num. 27. quæ utiliter videri possunt, quia efficacissimè probant intentum.

Lex dubia non obligat.

SOLVUNTUR OBJECTIONES
dicti Theologi.

Replica i. 62. **O**BJICIT primò. Argumentum hoc nimis probat, ergo nil probat. Probatur antecedens. In primis dictum Lactantii probat, occurrentibus rationibus posterioribus pro existentia, quam pro non existentia præcepti, stultum esse abstinere à re, de qua dubitatur an sit præcepta, ne transgrediamur præceptum. Hoc autem est manifestè absurdum, quia quamvis non esset obligatio sectandi partem tutiorem & probabilioris, in occurso opinionis minus probabilis minusque tutæ, id tamen esset melius & perfectius.

Secundò: Dictum hoc Lactantii non est ad rem: loquitur enim de præceptionibus Philosophorum, non de præceptis Dei, vel humani legislatoris legitimam potestatem habentis. Præterea loquitur de præceptionibus, de quibus quis dubitat non an existant, sed an sint veræ vel falsæ. In hoc autem dubio stultum esset amplecti ut verum, id de quo dubitas an sit verum an falsum. At in nostro casu si constaret legem dari, nemo ambigeret de obligatione. Ergo abs re est exemplum, in quo de præceptionibus Philosophorum constat quod sint, & dubitatur an sint veræ; abs re, inquam, ad casum nostrum, in quo si constaret de existentia præcepti, nemo ambigeret de obligatione inde resultante.

63. Respondeo Theologum hunc non rectè intellexisse Lactantium, qui universaliter non dicit, stultum esse facere, quæ philosophi docebant, quia multa dicebant esse honesta, quæ verè talia erant, ut ipse in eodem capite 8. agnoscit; sed solum dixit, stultum esse illis parere, quando dubitabatur an verum, vel falsum dicerent; id est stultum est illa facere, tamquam ex obligatione virtutis debita, & agnoscere obligationem ob eorum sententias & opiniones, de quibus dubium erat, an essent veræ, vel falsæ. At hoc nimis non probat, sed ostendit, quod iustissimum est. Itaque similiter dico, laudabile esse abstinere à parte minus tuta, non solum quando probabilius est quod sit mala, sed etiam quando ejus inhonestas est probabilis, sed minus probabilis ejusdem honestate. Verùm sicut hoc non obstantè, stultum esset, per hunc Theologum, agnoscere se obligatum, quando honestas illius partis est probabilior, ita pariter ex ratione ac mente Lactantii idem dicendum est, quando utraque pars est æquè probabilis, aut pars tutior aliquanto probabilior; quia hoc est absque necessitate, & contra rationem agnoscere se obligatum, ubi nulla est ratio sufficiens ad obligationem astringendam, & convincendam.

64. Et sanè casus noster est planè similis casui Lactantii, nam utrobique sermo est de opinionibus Doctorum circa præcepta: Philosophi enim docebant talia esse mala, talia bona, & consequenter illa jure naturæ vitanda, hæc amplectenda, &c. Similia tradunt jam Doctores circa præcepta tam humana, quam divina. Sed utris potius credendum est? Respondeo neutris, quamdiu incerta afferunt, & rem dubiam relinquunt, quod ratio Lactantii efficaciter probat. In utroque ergo casu par ratio dubitandi de lege, seu de honesto & inhonesto. Ergo par ratio in utroque casu ad respondendum omnem obligationem. Et sanè sicut illi non dubitabant de existentia præceptionum à Philosophis dataram, ita nos

non dubitamus an diversæ opiniones Doctorum existant, sed tam dubitamus an istæ sint veræ, quam illi dubitabant an opiniones Philosophorum veræ essent. Ergo exemplum maximè facit ad rem, in ordine ad quam verè abs re est dictum illud Theologi, quod nemo ambigeret de obligatione, si constaret de præcepto legitimi legislatoris. Quid hoc ad rem? Nonne idem dixisset Lactantius, si constitisset Philosophos verum dixisse, & non nisi declarasse existentiam legis certæ? Præterea quis, quæso, potest magis dicere, Doctores in casu nostro verum præceptum Dei proponere, quam Philosophos illos proposuisse legem naturæ? nemo certè. Ergo nulla est disparitas.

64. Demum in eo errat Theologus, quod dicit, Lactantium in eo stultitiam posuisse, quod dubius de veritate talis præcepti crederet illud esse verum. Verùm Lactantius hoc non somniavit. Hoc enim non modo stultum est, sed prorsus impossibile: stultum enim est illud solum, quod per imprudentiam fieri potest: non ergo loquitur de credendo illis in casu dubii, sed de parendo dictis illorum, ita se gerendo, ac si verè obligarentur ad illa, quæ Philosophi proponebant; quasi verò lex dubiè proposita obligaret. At hoc ipsum est, quod nos dicimus, ut patet.

65. Objicit secundò. Si probabilitas de non Re præcepto evacuet vim legis dubiæ, quando existentia legis probabilior apparet, sequeretur, quod nulla obligatio resultaret, quamvis homo motivis illis probabilioribus præstaret assensum, & actu crederet legem existere, quia adhuc non est certum, quod tale præceptum existat. Ergo adhuc liceret opus ponere, quia lex incerta non obligat. At hoc est absurdum, & contra illud, inquit, quod Terillius tradidit *quæst. 30. de cons. prob.* ubi dixit, nemini licere agere contrapropriam opinionem. In eo autem argumentum maximè peccat, quod requirat existentiam legis esse certam, ut resultet obligatio, quod tamen est falsum; alioquin in rebus controversis Doctores malè docerent talem vel talem contractum esse licitum.

66. Respondeo, & peto ab isto Theologo, Lex incerta nunquam obligat, an, & undè obligatio resultet, quando quis, errore deceptus, judicat legem dari? quod obligatio resultet, uterque concedimus; sed undè veniat, ut apparet, dissentimus. Ego dico, & aucter dico, obligationem non refundi à lege falsò credita, quia lex non existens non potest veram directionem & obligationem causare. Datur tamen obligatio, sed illa fundatur in lege reflexâ certâ non operandi contra conscientiam, aut non operandi contra legem, quam credo existere, sive illa existat, sive non existat. Audirem libenter ab hoc Theologo aliam radicem hujus obligationis. Hoc autem admisso, nil absurdi diceret, qui contenderet nullam legem obligare, nisi & verè existat, & certò innotescat; quia congruentius est omnem obligationem refundere in legem certam, si possit in illam refundi. At omnis obligatio refundi potest in legem certam, vel directam, vel reflexam; in directam quando certò datur; in reflexam, quando lex directâ certò non innotescit. Et sanè lex reflexa æquè obligat pro omni casu iudicii dictantis legem directam existere. Ergo tam peccat contra illam, qui facit contra propriam opinionem probabilem veram, quam falsam: ergo tota malitia facientis contra dictamen verum refunditur in hanc legem reflexam; quia non turpius peccat operans contra propriam

Interim malè intel-
ligit Lactantium.

Re

Lex incerta
nunquam
obligat.

propriam opinionem veram, quam falsam, si cetera sint paria, ut patet. Ergo frustra recurrimus ad legem incertam pro malitia refundenda, cum tota quantitas refundatur à lege certa. Et sane cum sit proprium legis regulare, dirigere ac obligare, optime apparet quomodo per se ista præster, si certò innotescat: at difficilius intelligitur, quomodo lex non certò proposita possit hæc præstare. Non ergo est tam absurda sequela, quam Theologus iste supponit. Ceterum ex illa admiffa non sequitur, Doctores frustra docere talem rem esse illicitam, quia hoc docendum est, & iudicium probabile de existentia talis legis eliciendum, ut detur locus legi reflexæ, & obligationi ab illa certa lege provenienti.

Error repli-
ca.

67. Porro errat Theologus, dum asserit, argumentum supponere, quod nulla resultet obligatio, nisi lex proposita sit omnino certa: hoc ego non dixi, sed oppositum expressè tradidi in dicta quæst. 22. ubi argumentum hoc latius proposui; quia si lex, sufficienter promulgata, & communitati applicata, vere existat, & illa applicetur per absolutum iudicium, per hoc sufficienter applicatur mihi, ut aliquem eff. etum & obligationem directè inducat, maxime si oppositum non sit probabile. Miror proinde, unde hic Theologus dicere potuerit, hoc argumentum supponere, nullam obligationem provenire à lege non certò proposita. Sed fortasse deceptus fuit voce illa incerta, quæ applicari potest rebus non solum dubiis, sed etiam opinatis. Verum ex contextu argumenti patet, quod nomine incerti hoc loco aliud non intelligamus, quam dubium consistens in suspensione iudicii probabilis de utraque parte contradictionis. Rursus, quamvis lex incerta non obliget, non ideo ulla esset umbra contradictionis in eo quod docui, scilicet nemini licere agere contra propriam opinionem, quia tota illa obligatio refundi possit in legem certam, non in incertam, ut dictum est. Ceterum non tam crudè dixi, nemini licere contra propriam opinionem agere, ut hic Theologus proponit, sed multis cum limitationibus thesim illam exposui.

68. Obijcit tertio. Minor primi syllogismi in argumento allati est falsa, quia obligatio sufficienter probatur hoc ipso, quod post sufficientem diligentiam existentia legis appareat operanti verisimilior ejusdem non existentia; eo ipso enim quod hoc iudicare possit, tenetur lege illa. Nec dicas: teneri quidem si formet iudicium illud, sed potest iudicium ommittere, & tunc nulla obligatio resultabit. Nam contra, quia in potestate creaturæ non est facere, ut præceptum non obliget, jugumve excutere voluntariè omittendo actum sibi liberum; sed hæc obligatio ei est necessaria. Ergo si præceptum intinetur sufficienter, ut de illius existentia homo iudicium ferre possit, manet obligatus. Vel enim elicit iudicium de inhonestate objecti, & obligatur ad tutius; vel suspendit iudicium, & manet dubius, in dubiis autem tutior pars est eligenda. Similiter ne dicas, talem hominem posse formare iudicium de honestate objecti ex vi motivi probabilis sibi propositi, & sic liberari ab obligatione: nam contra, quia non est in potestate hominis imperare assensum partis minus probabilis, & quamvis physicè posset, non posset prudenter facere. Præterea absurdum est subicere obligationem præcepti divini arbitrio hominis; ita scilicet, ut per suum iudicium opinativum amoliri possit obligationem præcepti. Quare quamvis homo, stante

repræsentatione verisimiliori de inhonestate ref, absoluto iudicio crederet rem illam esse honestam, non excusaretur coram Deo, quia diceretur illi, quid refert, quod iudicaveris rem esse licitam, cum habueris majus fundamentum ad iudicandum oppositum.

69. Respondeo minorem allati Syllogismi esse verissimam: quæ enim probatio legis est illa, quæ post omnia considerata relinquit rem dubiam? an ne illa sufficiens probatio legis dicenda est, quod cum utraque pars sit certò probabilis, pars legi favens, mihi apparet probabilior? Potestne mea major apparentia potius probare legem, quam major apparentia oppositi in alio probare non legem? sed quid si aut omnes, aut plerique alii contrarium sentirent? ane adhuc mea major apparentia sufficienter probaret legem? aut fieri potest, ut eadem lex simul sufficienter probetur, & non probetur in republica? nullo modo: lex est regula universalis pro tota republica, quæ nisi probetur sufficienter pro tota multitudine, non nemine probatur. Itaque nulla probatio sufficienter convincit legem, nisi universalis apparentia, qua lex aut certò innotescat, aut certè qua constet, existentiam legis esse probabilem, & oppositum non esse probabile. Nil infra hoc sufficienter probat legem pro communitate. Jam ad hoc probandum majoritas apparentiæ meæ nil facit in casu præsentis, ut patet: Itaque mihi videtur Theologus iste hoc loco confudisse applicationem legis jam probatæ, cum legitima legis probatione. Si lex semel sufficienter probata sit, tunc fortasse major apparentia mea de re contenta sub lege me obligabit, quia legem mihi applicabit, & major apparentia oppositi in alio illum deobligabit, quia lex illi non sufficienter applicatur. At jam non agimus de applicatione legis sufficienter probatæ, sed de ipsa probatione, quæ requiritur ut lex ipsa sufficientem vim habeat ad obligandum, & ut vim suam in communitatem extendere possit. Ergo non obstante mea apparentia majore pro lege, rectè concludo, legem non esse sufficienter probatam, & consequenter me non obligari hac lege, quamvis habeam fundamentum ad prudenter iudicandum quod existat.

70. Jam quamvis per hanc distinctionem replica ista penitus contrariet, juvat tamen singula in ea contenta examinare, quia omnia à veritate deficere videntur. Sed ante omnia peto à Theologo isto, an lex sufficienter probaretur, si apparentia probabilis par esset pro utraque parte. Mirum, si concedat, quia evidens est, quod in casu paritatis argumentorum lex non magis probetur, quam non lex. Ergo negabit legem tunc probari. Ergo pro eò casu paritatis probabilis Syllogismus concludit: ergo in æquè probabilibus pars tutior non cadit lub præceptum. Hoc autem admisso, pro praxi parvi momenti est, utrum pars minus probabilis, agnita ut talis, liceat nec ne; quia si non liceret, homines rarò affirmarent partem minus tutam esse minus probabilem, rarò enim certò constat, quæ pars sit probabilior, & maxima hominum pars iudicare nequit de probabilitatis excessu. Ergo rarò aut nunquam veniremus ad hunc casum, ideoque quæstio sub istis terminis exigui momenti foret, ut latè declaratum est in proœmio tam quæst. 21. quam 23. de conscientia probabilis. Ceterum ut veritas certius pateret, nos quæstionem sub difficillima hac expressione proposuimus, illamque in hoc etiam sensu veram esse probavimus, & probamus.

71. Præterea evidenter falsum est, quod supponit

Apparentia dubia aut probabilis contra probabilem, nō probat legem.

Par apparentia pro utraque parte non fatigat legem.

ponit ut notor- rum, nempe non esse in potestate arbitrii. Inprimis certum est, quod homo poterat peccet. At saepe evidens est, quod homo poterat omittere bonam fidem, & dubitare quando illam format, & per eam certò excusatur à peccato, si sectetur partem minus tutam. Calum habes expressum in cap. inquisitioni de sent. excom. de eo, qui levi credulitate de impedimento matrimonii ad Pastoris consilium explosa, licitè peccat debitum conjugale. Deinde miror, Theologum hunc talem propositionem protulisse, & ut verissimam habuisse, quam ipse expressè falsam reputat. Tenet enim cuique licitum esse sequi suam opinionem probabilem de honestate partis minus tutæ. At in potestate illius erat illud iudicium non elicere, quia omnis assensus opinativus est liber, sicut libertate contradictionis, & quoad exercitium, ut omnes sententur. Ergo in potestate illius est facere hic & nunc ut obligetur, vel non obligetur ad partem tutiorem. Ecce Theologus iste in hoc argumento sibi contradicit. Quare dico, hominem illum obligatum iri ad partem tutiorem, si eliciat iudicium, quo absolute credat illam esse præceptam; sed hæc est obligatio legis reflexæ non contraveniendi suæ conscientia, non autem præcepti directi, quod fortè non existit, & si existat non sufficienter probatur existere ut vim exerat, & communitatem obliget. At si ablineat ab illo iudicio, liber erit, quia ex una parte non ponit materiam, circa quam versatur lex reflexa; ex altera verò parte lege directæ non sufficienter probata non obligabitur. Nec obstat, quod maneat dubius, an lex directæ existat, quia hoc est dubium remotum & speculativum; non proximum & practicum, in quo solo locum habet regula illa. In dubio tutior pars est eligenda. Nam non obstante dubio illo remoto rationabilissimè formatur conscientia dictans, legem dubiam non obligare, quia simpliciter dubia est, & non sufficienter probatur. Ergo aliquando est in potestate nostra obligari, & non obligari legibus divinis. Sed qui universaliter diceret positum esse in potestate nostra obligari, aut non obligari ejusmodi legibus, stultissimè erraret, quia saepe evidens est tam legem ipsam, quam ejus notitiam, & applicationem, atque materiam præviam extra nostram potestatem esse positam. Ergo tunc obligatio inevitabiliter irruit in nos, ut per se patet.

72. Rursum constat ex dictis contra hunc Theologum, quod, in casu objectionis, simpliciter positum sit in potestate operantis, non solum physicè, sed etiam prudenter, elicere assensum, quo absolute iudicet legem non existere; quod ex professo probatum invenies in *quest. 10. de consc. probabili*. Ceterum in eo casu, homo operans non existimaret existentiam legis esse probabiliorum, sed divideret se ab illa existimatione, & ex motivo prudenti ac prævalenti crederet non legem non solum esse probabiliorum, sed etiam absolute veram. Neque apparet undè accusari possit imprudentia, nam quod antea habuerit majus fundamentum nil facit, si majoritas fundamenti, prius agnita, non amplius existat, sed loco ejus succedat major apparentia oppositi; major, inquam, saltem in actu secundo per ipsum iudicium prudenter elicetum, immo & major etiam in actu primo consequenter ad affectum innocuum uni parti additum. At totum hoc haberi potest in eo casu. Ergo qui sic iudicaret, & se ab obligatione legis reflexæ eximeret, & in R. P. A. Terilli Regula motum. Pars I.

nullo turpiter ageret, sed ex duplici causa sciret se liberatum à lege directæ. Primò, quia illa est dubia, & non sufficienter probata. Secundò, quia jam per illud iudicium prudenti motivo nixum sine temeritate directè credit, rem esse à Deo permissam.

73. Objicit quartò. Major secundi Syllogismi in argumento allati est falsa: fieri enim potest, ut lex existat, quamvis post debitam diligentiam ejus existentia tibi certò non constet; non enim est de conceptu legis, ut certò constet omnibus subditis post adhibitam diligentiam. Deinde minor est incerta, nempe legem non patere post omnem diligentiam. Quis enim certus esse potest, se omnem diligentiam adhibuisse ad legem inveniendam? Certè ut ex non inventione quis certò inferat non legem, debet evidenter scire, se omnem diligentiam adhibuisse. Sed nemo hoc evidenter novit. Ergo Syllogismus in utraque præmissa claudicat.

Respondeo Syllogismum illum non fuisse positum tamquam demonstrationem ex præmissis evidentibus, sed tamquam Syllogismum probabilem ex complexo præmissarum tantum probabili constat. Ad intentum enim nostrum sufficit, si probabiliter concludamus, usum partis minus probabilis esse licitum. At replica nil probat contra hoc, quia quamvis non sit prorsus necessarium legem non existere, si post debitam diligentiam non sufficienter mihi pateat, id tamen est valdè probabile, quia procul dubio propositio procedit de iis, quæ plerumque contingunt, etiam si sermo restringatur ad quemvis hominem particularem, qui debitam diligentiam adhibet. At si loquamur non de particulari homine, ut iste Theologus, sed de universali subditorum multitudine, quorum plurimi rem diligentissimè investigarunt (qui propriè est casus nolter) professò non invenio certitudinis de veritate rei quæ fixa est longè probabilissimum argumentum, quòd lex non existat. Immo si restringamus nos, & dicamus sic, si post omnem diligentiam, ab omnibus adhibitam, non solum non est certum legem illam existere, sed non est ita probabile illam existere, ut oppositum non sit probabile, major propositio videtur saltem moraliter certa & evidens. At nos loquimur in hoc sensu, quia loquimur de opinionibus, quas certò & universali fama constat esse probabiles. Ergo major est verissima, saltem in sensu à nobis intento, & sufficiente ad id probandum, pro quo confirmando assumitur. Jam minor est probabiliter vera respectu singulorum, qui humanam & à probis ac peritis præscriptam diligentiam præmiserunt. Præterea minor est evidens, quia saepe evidens est, talem hominem omnem diligentiam debitam adhibuisse. Verùm ista minor in casu præsentis sumitur respectu universitatis Doctorum, qui rem diligentissimè examinarunt, & post omnem conatum non solum veritatem ipsam certò scire non potuerunt, sed ne quidem invenire exclusionem magnæ probabilitatis pro non lege. Ergo minor est probabilissima & moraliter certa, quia moraliter certum est, debitam diligentiam à communitate fidelium & Doctorum fuisse adhibitam; & de hac diligentia loquitur minor, quando dicit, *Legem post omnem industriam non patuisse*. Ergo negari non potest quin conclusio sit probabilissima, immo prorsus concedendum est, quòd Syllogismus in hoc strictiori sensu acceptus sit moralis quædam demonstratio.

Equivocatio hujus Theologi in eo consistit, quòd

Replica 4.

Replica nò infirmat argumentum.

Detegitur
equivoca-
tio Theolo-
gi.

quòd tam in hoc quàm in præcedenti argumento confundat apparentiam hominis privati de existentia legis, cum apparentia publica, quæ requiritur ad hoc ut lex respectu communitatis & sit & censetur promulgata. Idem dico de ratione publica dubitandi de lege. Jam communitas non respicit ad id quod mihi apparet, sed ad apparentiam quæ à toto corpore habetur, & post diligentiam omnem adhibitam haberi potuit: si hæc sit anceps & dubia, procul dubio lex non est scita communitati, sed dubia. Quod si plus, aut tantum, aut fere tantum feratur pro non lege, quantum pro lege, lex nec est sufficienter promulgata, nec applicata sufficienter, ut communitatem liget. Quod si communitatem non liget, neminem ligat, quia omnis lex primariò respicit communitatem, nec quemquam afficit, quando scitur non habere ea quæ requiruntur ut rempublicam obliget. Quod si apparentia pro lege afficiens rempublicam esset evidens aut certa, tunc procul dubio lex illa haberet in actu primo vim proximè expeditam ad obligandum omnes. Idem dico, si apparentia pro lege esset probabilis, & apparentia opposita probabilis non esset; quia in rebus humanis talis probabilitas æquiparatur certitudini, & in rebus istiusmodi, aut nunquam, aut rarissimè repræsentat falsum. In his ergo casibus admittimus legem, sive certò sive non omnino certò existentem, particularibus sufficienter applicari per apparentiam probabilem, quando oppositum illis non est probabile. Sic enim & non aliter plurimæ leges communes ac certò notæ applicantur rudibus, qui de illis à peritioribus, & à suis Pastoribus informantur. Ita enim per aliorum informationem leges illis innotescunt, ut non sit probabile illas non existere, probabilissimum autem quod existant. Itaque talis applicatio sufficiens est respectu particularium, quando leges verè existunt, & sufficienter promulgatæ atque applicatæ sunt communitati, ut illam obligent, atque per illam, aut per præcipua ejus membra ad alios applicari possint ac debeant. Jam argumenta nostra de publica hac legum notitia ac ignorantia procedunt. Objectiones autem Theologi istius hanc non tangunt, quæ tamen unicè consideranda erant. Eadem æquivocatione laborant, quæ assert contra rationem decimam quartam, ut infra patebit, cum ad examen venerint. Itaque rationes illius non solum non infirmant, sed ne tangunt quidem fundamenta hæc, quibus benigna sententia nititur.

RATIO QUINTA.

75. **I**NTELLECTUS ex imperio voluntatis absoluto judicio, ac prudenter assentiri potest objecto, quod in actu primo remoto erat minus probabile quàm oppositum, ut efficaciter ostensum est *quæst. 9. & 10. de consc. prob.* hoc iudicium si eliciatur, fundat hunc Syllogismum: *Licetum est unicuique facere, quod omnibus pensatis prudenter iudicat esse universaliter licitum. Sed ego hic & nunc, omnibus pensatis, prudenter iudico hoc objectum esse universaliter licitum. Ergo hic & nunc licet mihi hoc facere.* Major est principium Synderesis reflexum certum & evidens, ut per se patet, & sufficienter constat ex dictis *quæst. 13. num. 26. quæst. 19. num. 6. & quæst. 20. num. 3. de conscientia probabilis.* Id ipsum hic etiam ostensum est in probationibus *assert. 1.* Minor est actus experimentalis evidens, Consequentia est dictamen

Intellectus
prudenter
flecti potest
ad assenti-
endum parti
minus pro-
babili.

conscientiæ certificantem operantem de honestate suæ operationis, quidquid sit de honestate objecti, in quod fertur, si secundum se consideretur independenter à præsentibus circumstantiis. Hæc ratio evidenter convincit, licitum esse sequi partem minus tutam, quoties ex vi motivi certò probabilis flectimus intellectum ad absolutè credendum illam esse omnibus universaliter licitam, ut proximè dictum est. At quotiescumque pars minus tuta est certò probabilis, ejusmodi iudicium verè elici potest, non solum ex vi auctoritatum & rationum reflexarum hæcenus expensarum & expendendarum, de quo nullum est dubium, sed etiam ex vi rationum solum directè minus probabilium, ut constat *ex quæst. 9. & 10. de consc. prob.* Ergo tam probabile est, quod liceat sequi partem minus probabilem, quàm est probabile, quod intellectus assentiri possit motivo minus probabili, si sumatur prout se habet in actu primo remoto. At hoc est probabilissimum. Ergo & illud. Et quidem hoc verum est, quamvis motiva solum directè probantia considerentur, de quibus solis nunc agimus, comparando illa cum intellectu, prout ille subditur imperio voluntatis. Ergo major probabilitas benignæ sententiæ reflexè stabilitur ex consideratione imperii voluntatis supra intellectum ad assentiendum motivo minus probabili.

SOLVUNTUR THEOLOGI
Responsiones,

76. **O**BICIT sic. Miror quod evidens videri poterit ista conclusio, seu dicta. Replica
Theologi. mea viro docto. Nam efficaciter probavi, esse metaphysicè impossibile, ut intellectus ex imperio voluntatis assentiatur objecto, quod proponitur ipsi ut minus verisimile, quàm ejus contradictorium. Præterea, etsi assensus ille eliceretur, probavi illum non fore prudentem. Et quamvis Terillus in omne latus se vertat, nunquam ostendere poterit, certum & evidens esse, quod intellectus assentiri, & prudenter assentiri possit sententiæ minus tutæ, minuscque probabili, in occurru probabilioris, & tutioris; ad summum enim id probabiliter suadebit. Negarique non potest, esse evidenter probabilem sententiam oppositam, quod intellectus nequeat prudenter assentiri parti minus tutæ minuscque probabili, quàm pars contradictoriè opposita. Et tamen ut Syllogismus ille esset evidens, deberet sententiæ, negans intellectum posse in tali casu assensum prudentem elicere, non esse certò probabilis. Nec hoc sufficeret, sed insuper evidenter ostendi deberet, intellectum flecti posse in assensum objecti minus probabilis in concursu contradictorii verisimilioris. Undè nisi major illius Syllogismi sit vera, & admittatur esse evidens, minor tamen est falsa, neque quicquam expertus est, se præstitisse talem assensum, quia eo ipso quo quis aliquam conclusionem amplectitur ut veram, paratus est illam defendere contra omnes ex vi rationum, quæ illum impulerunt ad assensum, speratque se prævaliturum adversus impugnatores. Non speraret autem, si sciret rationes, quibus adductus est ad assensum, esse minus verisimiles rationibus contrariis. Rursus quamvis quis esset certus, se talem assensum elicivisse, non posset certificari, quod illum prudenter elicivisset, tum quia difficilè est, quod sit certus de sufficienti diligentia ad veritatem inveniendam adhibita, tum quia non est certus, quod ex passione

aut amore inordinato non sit impulsus ad ita judicandum. Denique quia certus esse non potest, quod prudenter se gerat, cum habeat motivum majus ad judicandum oppositum, & voluntarie se necessiter ad judicandum, quod pars minus tuta sit licita: ergo minor non est evidens. Immo satis efficaciter ostenditur esse falsa: ergo conclusio non est certa & evidens.

Theologus iste erravit in intelligendo argumentum, nec illud solvit.

77. Respondeo, mirari me, & miraturum, ni fallor, Lectorem, quomodo ita decipi potuerit iste Theologus, ut existimaret, me proposuisse hunc Syllogismum tanquam absolutam demonstrationem; cum disertè dicam, consequens solum probabiliter inferri ex Syllogismo isto, prout hic proponitur præcisè ex vi subjectionis intellectus imperio voluntatis. Si hoc concedat Theologus, concedit quod cupio. Si neget, nil moror, quia in omnem partem se versabit, antequam probet non esse probabile; immo non esse probabile, quod talis assensus & elici, & prudenter elici possit ex imperio voluntatis. Sed ne tunc quidem post omnem conatum id præstabit, sed ad summum ostendet suam sententiam esse probabilem, & à se reputari probabiliorè opposita. Quod nec nego, nec unquam negavi. Sed hoc non obstat, quo minus opinio mea contraria & vera sit, & re ipsa probabilior opposita. Saltem non sequitur, illam apud nos non esse probabiliorè. Hoc autem sufficit, quia cum major admittatur esse vera & evidens, & minor sit probabilis, & quoad nos probabilior opposita, utique & consequentia, utpotè legitimè deducta, est probabilis, & quoad nos saltem probabilior opposita; & hoc est totum; quod intendi probare per hanc rationem; quatenus est peculiaris ratio reflexa ad probandum usum directè minus probabilem esse licitum. Itaque Theologus iste in nullo ostendit argumentum totam suam vim non habere.

78. Hæc abundè sufficiunt ad objectionem hanc amolendam, juvat tamen singula exactius tractare, nec id spero Lectori displicebit. In primis dixi, Syllogismum esse evidentem ex suppositione minoris, quæ locum non habet, nisi intellectus flectatur in assensum illius partis ex motivo certò probabili. Porro quia evidens est, quod intellectus hoc modo flecti possit in assensum talem ex vi rationum reflexarum, partim allatarum, partim afferendarum; ideo simpliciter assero moraliter certum esse, quod usus partis minus tute, & directè minus probabilis, sit licitus, atque id per allatum Syllogismum demonstrari. Quod totum procul dubio consonum est hujus Theologi principiis; modò intellectus talem assensum eliciat. Sed quia non certum est, sed solum probabile, quod intellectus vi rationum directè probantium possit tale judicium formare, ideo solum probabile est, quod præcisè ex vi rationum directè probantium inferatur per hoc argumentum, quod usus minus probabilem sit licitus.

Modus exponitur quo intellectus assentiri potest parti minus probabili.

79. Cæterum si Theologus iste bene intellexerit quid doceam, quando dico intellectum flecti posse in assensum partis minus probabilis, clarè vidisset, me aliud non docere, quam quod ipse docet. In primis admitto, intellectum non posse flecti in judicium partis minus probabilis, stante judicio finali comparativo dicente, partem oppositam esse probabiliorè, idque latè probavi *quæst. 8. de cons. prob. num. 25.* Nec tamen tam confidenter dico, illud esse metaphysicè impossibile. Vident ipse, an hoc probaverit, quia metaphysica impossibilitas conjunctionis formarum

R. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.

rard evincitur. Itaque non aliud dico quam hoc, scilicet fieri posse, ut, omisso illo judicio comparativo (quod sæpè, si non semper omitti potest; quia inter certò probabilia utrumque, rard & nunquam constat, quæ pars tam extrinsecè, quam intrinsecè sit probabilior) intellectus, ex imperio voluntatis, flecti possit in assensum partis verè minus probabilis, minusque allicientis, quam pars opposita, si attendamus ad vim allicienti, quam motiva habent in actu primo remoto, antecederent ad omnem affectum uni parti singulariter impensum. Sed in hoc casu, quamvis intellectus feratur in partem verè minus probabilem, pars tamen illa ipsi videtur probabilior, & habetur simpliciter vera. Hoc autem totum possibile est juxta hunc Theologum, qui id non solum possibile, sed sæpius sufficiens reputat ad conscientiam ritè formandam. Porro in hoc casu, pars verè minus probabilis in actu primo remoto, dupliciter apparet probabilior opposita: Primò, in actu secundo per ipsum judicium, affirmans veritatem hujus, & respuens alterum ut falsum. Secundò, in actu primo proximo, prout remota veritatis propositio conjungitur affectui voluntatis erga illam partem, sine quo affectu prævio nullus assensus obscurus imperatur. Jam prior illa apparentia, huic affectui copulata, multum augetur (undecumque illud augmentum proveniat, sive per novum actum in intellectu elicium, sive per potentiarum sympathiam, &c. quæ ad præsentem quæstionem supponi debent) ideoque jam intellectus fertur in illam partem, ut in probabiliorè, etiam in actu primo antecederent ad judicium, & hac ratione pars verè minus probabilis probabilior apparet, quam pars opposita. Et sanè Theologus iste nunquam explicabit, quomodo pars verè probabilior mihi videatur minus probabilis, nisi recurrat ad hanc potentiarum connexionem. Si enim pars illa verè sit probabilior, undè fieri potest, ut appareat minus probabilis? Non ex merito ipsius objecti, quod proponitur, quia supponitur majus; non ex propositione intellectualem rerum, quia illa ex se præcisè necessariò imitatur naturam motivorum, quæ proponuntur, & debitè ac ferè apprehendiuntur, sicut in casu nostro supponuntur apprehendi. Ergo in omnem partem se verset iste Theologus, & tandem aliam rationem fundatam non inveniet, undè motivum, verè minus probabile, appareat probabilior contrario, quam ex adjunctione minoris motivi intellectualis cum affectu voluntatis, inclinante ad illam partem, quæ jam post istam conjunctionem major apparet. Ergo hoc modò illa diversitas evenit, tam in casu admisso ab isto Theologo, quam in casu nostro. Et sic non solum verum est, quod intellectus assentiri possit motivo minus probabili in sensu à me intento, sed hoc ipsum planè coincidit cum eo, quod Theologus iste tenet, & ad conscientiam ritè formandam sufficere docet. Quid ergo reprehensione dignum invenit in argumento? nil prorsus præter malam suam intelligentiam quæstionis, quasi illa acciperetur in sensu composito cum judicio illo comparativo; cum non accipatur, nec intelligatur nisi in sensu diviso, ut à me fusè offensum est loco proxime citato.

80. Jam quæstione in hoc sensu intellecta, in quo intelligi debet, ut objectio contra argumentum à me allatum formetur, Theologus iste nunquam probabit, esse metaphysicè impossibile, ut intellectus, per imperium voluntatis, flectatur

C 2 in

Et hic & omnes nobiscum sentiunt.

Qui parti minus probabilis assentitur, paratus est eam defendere.

in assensum partis in actu primo remoto minus probabilis: nec mihi sudandum erit ad hoc probandum, quia id ipsum jam factum reperies *quæst. 8. & 9. de cons. prob. & quod plus est ibidem quæst. 10.* invenies probatum, quod tale iudicium prudenter elici possit. Nec tamen dico, id absolute demonstratum esse, sed solum longè probabilissimè probatum, quod procul dubio verum est. Imo iste Theologus ni ad principia, à me tradita, confugiat, sudabit & algebit etiam, ut ostendat, hominem posse irreprehensibiliter existimare, quod motivum verè probabilius, diligenter consideratum & inspectum, sit minus probabile motivo contrario, quod re ipsa est minus probabile, & consequenter ex se minus aptum intellectum movere; hoc enim alia ratione fieri nequit, quàm quia affectio quædam innocua, ad unius augendam, & alterius apparentiam minuendam concurrat. Dixi, innocua, quia sine aliqua affectione ad rem, vel motivum, nemo potest quidquam iudicare in obscuris. Sed hoc interest, quod aliquæ affectiones sint irreprehensibiles, eò quod absque vitio contrahantur, quibus aut nemo, aut vix ullus inter homines caret. Jam si talis affectio accedat motivo certò probabili, etsi minori, illud ex hac conjunctione augebitur, & multo fortius movebit, quàm si aut solitariè acciperetur, aut cum affectione contraria conjungeretur, ideoque sufficit ad assensum prudentem & irreprehensibilem, cum nil, ex quo talis majoritas provenit, reprehendi possit. Immo aliquando motivum, quod in actu primo videtur probabilius, magnitudinem suam habet ab aliquo ejusmodi affectu. At ille effectus laudabilissimè suspendi potest, in quo casu pars altera & erit, & apparebit probabilior; àne tunc etiam vituperandus erit, qui hac ratione parti prius minus probabilis assensum præbet? nullo modo. Quæ cum ita sint, haud dubiè probabilissimum est, quod assensus prudens irreprehensibiliter, & sine ulla temeritate præstari possit parti, in actu primo remoto minus probabilis. An autem oppositum, in hoc sensu intellectum, sit probabile, non laboro, quamvis de evidenti illius probabilitate intrinsicè valde dubitem, quia video Authores, de ea re loquentes, afferre rationes in vobis æquivocatione, & mala quæstionis intelligentia fundatas, tales autem rationes ad certam probabilitatem intrinsicam non pertinent.

81. At quis unquam expertus est se præstitisse talem assensum? Respondeo innumeros quotidie id experiri, quoties affectio ad aliquam contradictionis partem variatur. Si affectio sit turpis & culpabilis, iudicium plerumque est temerarium: si sit innocua, quales sunt plures affectiones, quibus homines sanctissimi non carent, nulla temeritas erit in iudicio, quamvis nitatur fundamento minus probabilis, quia sit dependenter à progressu, quem prudentes & probi in suorum iudiciorum causalitate adhibere solent. Nec obfunt, quæ à Theologo obijciuntur; qui enim hac ratione iudicium format, utique paratissimus est ad eam defendendam ex vi motivi, quo impulsus est ad ipsum eliciendum, speratque se prævaliturum adversus impugnatores, quia veritas illius ipsi apparet verisimilior, ac dignior assensu, quàm pars contradictoriè opposita. Quidquid autem dicitur in contrarium, procedit de subiecto non supponente, quia supponit hominem in sensu composito talis iudicii credere, motiva contraria esse valentiora, quod est falsissi-

num, & contra legitimum sensum quæstionis.

82. Difficilius paulò est explicare, unde homo sit certus, se in tali casu prudenter iudicare. Respondeo tamen, id non esse difficilius in hoc casu, quàm in ullo alio, nisi quando diversitas probabilitatis est nimis magna & evidens. Nominatim non est difficilius, quàm quando homo sequitur partem verè minus probabilem, quam falso iudicat probabiliorem esse. Ostendat iste Theologus, quomodo talis homo possit esse certus, se prudenter iudicare (& ad hoc ostendendum, omniaque, quæ contra nos objicit, solvenda tenetur) & eadem operè videbit, quod homo in casu nostro, qui idem prorsus est cum casu isto, certus esse possit de prudentia sui iudicii. Sed Lector non libenter expectabit illius responsum. Ego ergo & pro me & pro illo (si tamen illi placuerit) respondebo. Inprimis ergo dico, plura requiri, ut homo certificetur, se prudenter iudicare. Primum & præcipuum est, quod habeat motivum grave prudens & rationabile, ac dignum assensu, etiam in contradictione partis oppositæ. Secundum est, quod sciat se sufficientem diligentiam juxta qualitatem rei ad veritatem inveniendam adhibuisse. Tertium, quod extra violentam passionem constitutus, serò circumspiciendo, non sit conscius se ex ullo turpi ac culpabili affectu vel passione impelli ad iudicandum. Si hæc tria adsint, & ille ob tale motivum iudicium eliciat, moraliter certificatur se prudenter ac irreprehensibiliter iudicium eliciisse. At hæc certò haberi possunt. Primum supponitur adesse, ac certò innouescere. Secundum frequentissimè habetur, & nisi habeatur, non sumus in casu, pro quo procedit syllogismus allatus. Tertium etiam non est difficile, & sæpius certò habetur. Hac ratione tam ille, qui in istius Theologi opinione sequitur partem verè minus probabilem, quam reputat probabiliorem, quàm ille, qui, juxta intentum meæ assertionis, sequitur partem in actu primo remoto minus probabilem, quæ, affectu innocuo accedente, apparet ipsi probabilior, moraliter certificatur, se prudenter iudicium eliciisse.

83. Dices, habet motivum majus ad iudicandum oppositum, & voluntariè se necessitat ad iudicandum, quod pars minus tuta sit licita. Ergo non potest esse certus quod prudenter iudicium eliciat. Respondeo, habet motivum in actu primo remoto revera majus pro opposito, concedo: habet motivum in actu primo proximo majus opposito, nego antecedens. Rursus distinguo antecedens, habet motivum verè majus pro opposito, sed innocuè creditum minus, concedo: majus & creditum majus, aut dubitatum quod sit majus, nego antecedens & consequentiam. Præterea falsum est, quod talis homo voluntariè & violenter adigat intellectum ad credendum id esse verum, quod reputat esse minus probabile; hoc enim naturaliter repugnat, & ab isto Theologo falsò supponitur. Omnia ergo ista non fiunt nisi plana, consuetæ, ac naturali via, & ita à nobis fieri supponuntur; nisi enim ita fiant, non sumus in casu de quo loquimur. Ex his habemus, minorem syllogismi allati esse veram, quia constat intellectum posse talem actum elicere, de cujus prudentia, si eliciatur, homo certificari potest. Et quamvis non omnimodè de hoc certificaretur, tamen prudentia talis iudicii esset probabilissima, & quodammodo certa, quod sufficit ad intentum syllogismi, qui proindè stat inconclusus in sensu, quo à me propositus est, nec

Homo scire potest se prudenter iudicare in incertis.

Solvitur quædam replica.

Theolo-

Theologus iste vim ejus imminuit, sed occasionem ejusdem efficaciam ostendendi dedit.

SEXTA RATIO.

84. **O**MNE opus, conforme rectae rationi, est licitum. Sed omne iudicium certò probabile de universali honestate alicujus objecti, si post debitam diligentiam eliciatur, est ratio recta. Ergo opus conforme ejusmodi iudicio certò probabile est licitum. Major certa est, & ab omnibus admittitur. Eam ex professo tradit S. Thomas 1. 2. *quaest.* 19. *art.* 3. & cum eo ibidem interpretes conveniunt. Minor efficaciter probata est, de *conf. prob. quaest.* 12. *à nu.* 14. *ad finem* (& infra pluribus contra Celladeum efficacius stabilietur) consequentia legitime deducitur, ex qua habemus, unumquemque licite sequi partem minus tutam, quotiescumque omnibus inspectis, certò probabiliter iudicat illam esse universaliter licitam. At aliud non requirimus.

OBJECTIO THEOLOGICI solvitur.

85. **T**OTUS discursus admittitur ut legitimus: sed illud subjunctum, *at aliud non requirimus*, admitti nequit. Constantem enim negamus, posse hominem formare ejusmodi iudicium, quando inhonestas rei in actu primo representatur ut verisimilior ejusdem honestate, praesertim quando excessus ille est evidens, & manifestus. Quamvis enim sententia, affirmans illud esse licitum, sit certò probabilis comparative ad suos Auctores, quibus representatur ut verisimilior sua contradictoria, non tamen est certò probabilis comparative ad illum hominem, cui opposita sententia proponitur ut multo verisimilior; quia implicat ut intellectus, etiam ex imperio voluntatis trahatur ad assentiendum objecto, in quo magis apparet falsitas quam veritas.

Rursus, fundamentum illius sententiae, faventis libertati, etiam si sit magnum secundum se, & sufficiens ad assensum prudentem, si seorsim accipiatur, non est tamen magnum comparative ad fundamentum oppositum manifestè majus, & verisimilium, sed est parvum, ut notavimus ex P. Esparza. Undè si intellectus in concursu motivi evidenter majoris assentiret ex vi motivi evidenter minoris, eliceret assensum temerarium & imprudentem, utpote ex levi fundamento conceptum. Falsò ergo dicitur in fine argumenti, aliud ab Auctoribus benignè sententiae non doceri, quam quod cuique licitum sit operari secundum iudicium certò probabile, quo credimus aliquid universaliter esse licitum; nam quaestio praecipua est, an possimus hoc iudicium prudens formare, quando contradictorium in actu primo representatur nobis ut verisimilium.

86. Respondeo, nos verisimè aliud non docere, quam quod discursus in argumento ponderatus continet. Afferimus enim, neminem licite fecerari partem minus tutam, nisi ex motivis probabilibus ac praevalebentibus, directis aut reflexis, absolute iudicet illam esse licitam. Verùm quaestio principalis ex parte materiae intervenit, utrum quis possit tale iudicium formare de parte minus probabili: huic quaestioni respondemus primò, operantem, si tale iudicium formare non possit, non excusari, excusari si possit; & hoc habito contenti sumus, quia totum sententiae benignae intentum principale in hoc solo consistit. Respon-

R. P. A. Terribi Regula motuum, PARS I.

demus secundò, certissimum esse, tale iudicium ex rationibus reflexis formari posse, etiam in sensu composito iudicii distantis partem minus tutam, directe tantum consideratam, esse minus probabilem parte tutiore, quia hoc non tollit; quo minus illud idem in ordine ad alias circumstantias per considerationem reflexam cognoscatur, & absolute credatur licitum. Hoc autem iudicium reflexum formari potest ex rationibus alatis; atque etiam ex afferendis, ut patebit. Respondemus tertio, iudicium hoc formari posse ex motivis directis certò probabilibus, etiam si antecedenter & in actu primo remoto motivum sit, & credatur minus probabile, sed hoc intelligitur non in sensu composito, sed in sensu diviso talis iudicii, ut in ponderatione proximi argumenti explicatum est. Porro hoc argumentum sextum eodem prorsus modo procedit, si ut quatum procedebat, & solum reflectit supra notionem rationis rectae, illamque applicat omni iudicio probabili, etiam illi, quod ex motivo apparenter minus probabili elicitur. Tale autem iudicium non elicitur, nisi homo mutet affectionem & propensionem, tunc autem facillimè elicitur, ut constat ex dictis.

87. Hinc respondetur ad contenta in objectione. Inprimis illi constanter negant, quod nos non asserimus: negant enim ejusmodi iudicium formari posse in sensu composito iudicii de majori verisimilitudine partis oppositae. Nos autem solum asserimus illud elici posse in sensu diviso talis iudicii; quod si illi negent etiam hoc, nil moramur, quia in illa sua opinione errant, & hunc errorem ex probabilissimis & praevalebentibus argumentis cognoscimus. Unde sequitur, & ultro fatemur, tale iudicium non posse formari, quando majoritas probabilitatis purè rationalis adaequatè sumptè est evidenter nota; tunc enim sensus divinus talis iudicii non est in potestate nostra. Caterùm tunc solum datur hæc evidentia, quando evidens est, apparentiam adaequatam, qua antecedenter ad omnem affectum & inclinationem impellimur, esse ex se majorem & valentioram. Hanc enim solam apparentiam voco rationalem, quia omnis alia non à solo merito objecti, sed aliquo modo à dispositione iudicantis oritur. Itaque si sermo sit de majoritate, quæ per affectum aut iudicium uni parti affixum habetur, quæque in illis consistit, aut ad illa consequitur, nullus excessus probabilitatis huiusmodi, etsi evidentiissimus, tollit rationem verè probabilitatis à motivo contrario. Et sanè homines quando loquuntur de excessu probabilitatis, raro de alia probabilitate loquuntur, quam quæ eomitatur, aut consequitur affectum, & iudicium uni parti affixum. Jam verò Auctores sagaces & prudentes concedunt, partem oppositam esse etiam apud ipsos certò probabilem, quamvis probabilitas opinionis, cui adherent, concomitans aut consequens assensum praestitum, sit evidentiissimè major, illosque incomparabiliter magis trahat, quam apparentia opposita. Itaque, hac apparentia non obstante, opinio contraria etiam quoad illos est & habetur certò probabilis. Theologus autem iste ex huius distinctionis defectu erravit dicens, opinionem illam non esse probabilem illis, quibus apparentia partis contrariae apparet multò verisimilior, maximè quando excessus iste est evidens, quod dictum illius indistinctè prolatur, & universaliter acceptum est falsissimum. Ratio autem, qua id probat, est prorsus inefficax: quamvis enim voluntas

Equivocatio adversa-riorum.

Apparentia major consequens iudicium non tollit probabilitatem iudicii.

nequeat intellectum flectere ad assentiendum ob-
jecto, in quo falsitas magis apparet quam veri-
tas, in sensu composito talis majoritatis apparen-
tis, potest tamen in sensu diviso illius talem as-
sensum imperare. Ceterum etsi in actu primo
remoto detur excessus inter utrumque motivum,
hoc non impedit, quod minus intellectus deter-
minetur ad assensum motivo verè minori præstan-
dum, per actum absolutè prælativum illius, ma-
ximè quando excessus ille certò non innotescit,
& intellectus expressam comparationem de mo-
tivorum magnitudine, & excessu non instituit;
tunc enim talli potest intellectus existimando
motivum verè minus efficax esse potentius op-
posito. Et hoc modo intellectus semper fertur
in objectum illud, quod verum reputat, quia
judicium prælativum unius necessariò representat
illud ut verisimilissimum opposito.

Evidens ex-
cessus appa-
rentiæ tollit
probabilita-
tè oppositi.

88. Quod si loquamur de excessu unius mo-
tivi evidenter se prodente supra aliud, prout
motiva illa se habent antecedenter ad omnem
affectum, uni parti peculiariter affixum, utique
concedo, motivum minus in illo casu non esse
certò probabile illi, cui dictus excessus est evi-
dens, ille enim necessariò videt motivum minus
non esse dignum assensu in contradictione alte-
rius, sequè ex mera vi motivi præcellentis,
inevitabiliter ac necessariò ita affici erga illud, ut
nequeat absoluto iudicio illud repellere ut minus
motivo opposito. Porro Esparza de hac sola
comparatione intelligendus est; est enim Auctor,
qui de rebus enunciare non solet, prius quam
omnia ad quæstionem spectantia debitè conside-
rarit, & singula juxta rerum exigentiam distin-
xerit, quem si alii imitati fuissent, non tot lites
de quæstione præsentis movissent. Ceterum casus
iste rarissimè intervenit, quando sermo est de
opinionibus, quæ à feris & doctis viris repu-
tantur certò probabiles: motiva enim illarum
cum sint dissimilia, necessariò se mutuo excedunt
secundum quid, & ita quidem, ut absolutus ex-
cessus unius ab alio certò discerni non possit; si
enim certò & evidenter se proderet excessus,
omnes in eodem sensu convenirent, quod fieri
non videmus. Ergo excessus ille non est evidens.
Porro excessus apparentiæ concomitans, aut con-
sequens iudicium, uni parti affixum, nil facit ad
præsentem quæstionem, ut dictum est.

SEPTIMA RATIO.

Confessa-
rius licitè
absolvit cõ-
tra propriam
opinionem.

89. IN foro pœnitentiæ licet Confessario con-
formare se cuicumque opinioni certò pro-
babili, quam pœnitens sequitur, etsi Confessarius
ipse teneat, oppositam tutiorem esse veram, &
probabiliorem. In hoc omnes tam antiqui, quam
recentiores (si pauculos modernos excipias)
conveniunt. Ratio est clara. Persuasio Confes-
sarii non dirigit pœnitentem, quia unusquisque à
propria tantum conscientia proximè dirigitur.
Ergo si pœnitens formet conscientiam certò pro-
babilem ac prudentem de honestate objecti
quod ponit, eo ipso licitè operatur, nec Confes-
sarius meritò potest aliter iudicare, aut obligare
pœnitentem ad sectandam partem tutiorem. Po-
namus jam pœnitentem, autoritate ac ratione be-
nignæ sententiæ motum, & credere sibi licitum
esse sequi, & actu in praxi sequi opinionem di-
rectè minus probabilem: Confessarius licitè eum
absolvit, tum quia pœnitens habet jus sectandi
quancumque opinionem certò probabilem,
quam absolutè, omnibus inspectis, veram re-

putat, nec à Confessario eo jure privari potest;
tum quia Confessarius præsumere debet, homi-
nem sic operantem non peccare, sed rectè ope-
rari. Ergo benigna sententia est tuta regula om-
nibus, qui eam certò probabiliter veram repu-
tant. At aliud nec docemus, nec suadere inten-
dimus. Si quis enim ex rationibus ac auctoritati-
bus, quibus probatur, non possit certò proba-
biliter credere illam esse veram, illi ex ejus præ-
scripto vitam suam regulare non licebit.

SOLVITUR REPLICÆ.

90. **O**BIICIT Theologus, se peculiari quæ-
stione ostensurum, doctrinam illam de
Confessario esse falsam. Sed quamvis esset vera,
inde non sequeretur, cuiquam in operando lici-
tum esse sequi sententiam, quæ representatur
minus verisimilis, quam opposita. Sic si pœni-
tenti occurreret opinio rigida illum obligans ad
restituendum, & opinio benigna illum liberans
ab hoc onere, Confessarius eum absolvere non
posset, si ille sequi vellet benignam opinionem
sibi minus probabilem, relicta rigida tutiore sibi
verisimiliori.

Replica
Theologi.

91. Respondeo, me quoque infra quæst. 47. Solvitur te-
expressè acturum de obligatione Confessarii con-
tra Celladeum, ubi convincam, doctrinam
hujus argumenti esse verisimilissimam. In illum ergo
locum rejicio, quæ Theologus iste contra do-
ctrinam propositam peculiari illa quæstione ha-
bet, quæ certè Deo favente, non dissimulabun-
tur. Quod addit hoc loco Theologus, scilicet
pœnitentem non debere absolvi, si sectetur opi-
nionem minus tutam, quæ ipsi minus verisimilis
apparet, quia non licet homini sic disposito sen-
tentiam illam sequi, æquivocatione sæpius in il-
lius dictis detecta laborat; non enim esset absol-
vendus, si solis rationibus directis moveretur,
& in sensu composito talis opinionis operaretur,
quia bonam fidem non formaret. At si, non ob-
stante iudicio de minore probabilitate directâ,
ex rationibus reflexis formet conscientiam de
honestate operis, aut ex rationibus directis, in
sensu diviso dicti iudicii comparativi, formet ab-
solutum iudicium probabile ac prudens de operis
honestate, absolvendus est, quia est benè dispo-
situs, ut constat ex ratione in argumento per-
pensa, cui proinde Theologus sufficienter non
respondet.

RATIO OCTAVA.

92. **Q**UÆSTIO hæc spectat ad jus naturæ, *Universalis*
cùm locum habeat independentem ab ad jus natu-
omni lege positiva. Ergo nulla datur obligatio
sectandi partem aut tutiorem aut probabiliorem, *re spectan-*
si pars minus tuta sit certò probabilis, quamvis *tia à dilige-*
sic solum æquè, aut minus probabilis parte con- *ntiam adhi-*
traria. Tenet consequentia, quia quæ spectant *gentibus nõ*
ad jus naturæ, maximè si generalia sint, & fre- *ignorantur.*
quentissimè in usum veniunt, vix quemquam la-
tent. At obligatio sectandi tutiora latet omnes.
Similiter omnes fermè Auctores, illi quæ probi
pariter ac periti, unanimiter tenent, quod cui-
que liceat sectari partem minus tutam, etiam di-
rectè minus probabilem, si tamen sit certò præ-
dictè probabilis. Ergo obligatio sectandi, aut
tutiora aut probabiliora, aut etiam æquè proba-
bilia latet omnes, cùm ab omnibus fermè nego-
tur, & à nemine probari possit. Et tamen hæc
obligatio, si quæ esset, ad jus naturæ spectaret,
& ver-

& versaretur in re maximè universali, quæ frequentissimè & ferè semper in usum venit, cum sit de electione opinionis ad licitè operandum sufficientis. Ergò locus est prudentissimæ præsumptioni, quod ad hoc non obligemur jure naturæ. At certum est, quod lege positivâ ad id non obligemur. Ergò datur evidens ac prudens præsumptio, quod nemo obligetur ad sectandam partem aut tutiorem, aut probabiliorem, aut æquè probabilem, sed cuique licitum sit, sectari partem minus probabilem.

Ex præsumptione fundata in ista ratione conscientia certa confurgit hoc modo. *Quod sit ex præsumptione certò prudenti, quod illud omnibus liceat, nullâq; lege prohibeatur, honestè fit. Sed habeo præsumptionem certò prudentem, & evidenter rationabilissimam, quod electio partis minus tutæ, directèq; minus probabilis, sit omnibus licita, nullâq; lege prohibeatur. Ergo si pars illa ex hac præsumptione eligatur, honestè eligitur.* Præmissæ sunt evidentes, consequentia est in forma. Ergò est evidens, est autem ipsa conscientia: ergo quævis certa probabilitas practica & directæ, est minor, partiq; minus tutæ favens, fundat reflexam certitudinem conscientia, quod unicè probare intendimus.

REPLICA THEOLOGI solvitur.

93. **O**BJICIT. Esto prima principia in moralibus ac practicis sunt omnibus nota, quale est illud, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Similiter esto, conclusiones universales, facillè & quodammodo immediatè deductæ ex primis principiis, qualia sunt decem præcepta decalogi, neminem lateant; contrarium tamen dicendum est de conclusionibus valdè mediatis, quæ non nisi maximè sapientibus patent, illisq; non certò, sed solùm probabiliter innotescunt. De hoc tertio genere præceptorum moralium S. Thomas 1. 2. quæst. 100. art. 11. hæc habet. *Quædam sunt, quorum ratio non est adeo cuilibet manifestæ, sed sapientibus, & ista sunt præcepta moralia superaddita Decalogo, tradita à Deo populo per Moysen & Aaron.* Atque hinc Theologi communiter docent, dari ignorantiam invincibilem juris naturalis, quoad conclusiones istiusmodi, quamvis non detur quoad prima principia & conclusiones ferè immediatas, & facillè deducibiles. His positus,

94. Respondet, quod sequi partem minus probabilem contra tutiorem, quæ etiam probabilior apparet, sit malum jure naturæ prohibitum; quia quando opinio est clarè & manifestè verisimilior, operans prædeat judicare potest rem esse malam. Qui autem potest hoc judicare, peccat si rem exequatur, perindè ac si contra expressum iudicium de illius malitia operaretur; si autem utraque opinio repræsentetur ut æquè verisimilis, necessariò manet dubius: operari autem in dubio est manifestum peccatum. Jam ex eò quòd hoc sit jure naturæ prohibitum, non sequitur quòd illud omnibus patere debeat. Sic plures contractus sunt prohibiti jure naturæ, quorum prohibitio omnibus non patet, alioquin nulla de illis inter Doctores controversia daretur; sed ex opposito, quoties Doctores controversant, an aliquid sit intrinsecè malum, sententia affirmans esset certò falsa, quia affirmat aliquid esse prohibitum jure naturæ, cuius prohibitio non est nota omnibus. At sequela est absurda.

95. Præterea falsum est, hanc obligationem latere omnes, quia omnes antiqui Theologi, qui scripserunt ante annum 1577. unanimi consensu illam agnoscebant. Primus enim, qui invexit opinionem docentem, usum minus probabilem contra probabilia esse licitum, fuit Bartholomæus Medina. Falsum etiam est, quod omnes ferè Doctores unanimiter teneant, usum minus probabilem esse licitum in occurfu tutiorum ac probabiliorum. Nec obstat Terillum quæst. 22. multas coacervasse autoritates antiquorum Theologorum, nullum enim adducit Medinæ antiquiorem, qui expressè dicat, licitum esse sequi partem minus tutam, quando tutior operanti apparet probabilior, sed affert multos, qui expressè requirunt, ut in occurfu tutioris operans feratur in minus tutam ut in probabiliorem. Itaque testimonia illa falsitatis convincunt Jansenistas & alios, qui usum probabiliorum negant esse licitum. At contra sententiam meam nil probant, sed eam confirmant.

96. Respondeo, hæc multa ex antedictis repeti: ea verò, quæ ad argumenti solutionem videntur facere, nimis leviter examinari. Inprimis admitto triplicem illam distinctionem conclusionum moralium, unaq; assero dari posse, & aliquando etiam dari ignorantiam invincibilem conclusionum magis remotarum, quia non est omnium posse tales conclusiones elicere. Cæterum omnes fatentur, invincibilem ignorantiam longè rariùs intervenire in tali materia, quàm in materia juris positivi. Rursus Auctores dicunt, ignorantiam talium conclusionum apud idiotas quidem esse non infrequenter invincibilem, sed raro apud peritos, qui veritatem diligenter inquirunt, quæque principia bene nota combinandi & applicandi capacitatem habent. Hinc ego quoque gradum facio, & opiniones probabiles de rebus jure naturæ prohibitis in tres classis divido. Prima classis continet opiniones negantes aliquid esse prohibitum, quibus aut omnes, aut longè major pars Auctorum subscribunt. Secunda continet opiniones classicas, quæ ex æquo ferè tenentur, & repudiantur à Doctorebus. Tertia classis complectitur opiniones, dicentes aliquid esse prohibitum, contra quos pauci, sed valdè graves viri opinantur, ita tamen ut omnes fateantur, paucorum illorum doctrinam esse certò probabilem; nam si illorum opinio non reputaretur certò probabilis, illius consideratio ad præsentem controversiam non pertineret. His positus.

97. Dico primò, si sumatur collectio opinionum in tertia classe contentarum, & illa reflexè consideretur, prout continet opiniones ad jus naturæ spectantes, de quibus Auctores modo dicto discrepant, potius præsumendum est plures quàm pauciores ex illis esse falsas, ex hoc capite, quod in materia juris naturalis post omnem conatum veritas non sat certò innotescat.

Ratio est, quia nulla materia moralis tam facillè patet diligenter inquirentibus, quàm quæ verè præcepta est jure naturæ. Hoc adeo verum est, ut plures doceant ignorantiam invincibilem juris naturalis non dari, saltem in mediocriter instructis. At quòd detur in prudentissimis vix potest contingere. Et sanè cum principia ista sint omnibus notissima, peritiq; omnes considerent connexionem quaestionis propositæ cum illis principiis, & aliis ab illis certò deductis, difficillè videtur fieri posse, ut veritas in tali materia à nemine certò percipiatur, aut saltem quin tanta vè innotescat, ut oppositum non reputetur probabile.

An Medina primus docuerit benignam sententiam?

Conclusiones probabiles, ad jus naturæ spectantes, sunt in triplici differentia.

Opiniones communes de non lege frequentius veræ sunt, quam falsæ in jure naturali.

bile. Absurdum enim est existimare naturam ita sua præcepta instituisse, ut ea nemini non solum certò innoscere possint, sed ne quidem ita cognosci, ut oppositum non sit certò probabile. Nihilominus non omnino hægo, quin veritas aliquando ita lateat in istis, ut non possit aut certò probari, aut ita convinci, ut oppositum non sit probabile, sed hoc valde rarè evenit, & mihi potius videtur nunquam evenire. Ergò si tota collectio talium opinionum accipitur, potius præsumendum est, plures quàm pauciores ex illis non veram sed apparentem tantum obligationem asserere.

Etiã in materia juris positivi.

98. Et ut meam de hære in materia juris positivi, tam divini quàm humani, mentem aperiam, quamvis de rebus ejusmodi faciliorem & frequentiore, quàm in rebus juris naturalis ignorantiam invincibilem admittam, existimo tamen ad minimum tot ex conclusionibus ad talem materiam, & ad tertiam hanc classem spectantibus esse falsas, quot sunt veras. Ratio est, quia non est credibile, Deum aut prudentes legislatores humanos ea voluisse præcipere, & subditos ad ea obligare, quæ post legum illarum ponderationem non solum nemini ut certò præcepta apparent, sed ne quidem tanta verisimilitudine probantur, quin oppositum ab omnibus agnoscat certò probabile, & à nonnullis sapientissimis post omnia, ab omnibus allata, seriò inspecta, existimetur non esse prohibitum. Frustra enim talia præcipere viderentur. Cæterum eam sciò hominum imbecillitatem, ut non negem eos aliquando ita in hoc errare, ut omnes judicent aliquid probabiliter licitum, quod verè prohibitum est. Hoc autem tunc maxime locum habet, quando longè plurimi absolutè tenent illud esse licitum, & pauci ex gravissimis ac sapientissimis tenent oppositum, nam de aliis contra torrentem sapientissimorum opinantibus, exigua aut nulla ratio habenda est.

Maximè quando id pauciores tenent legem non dari, quàm qui tenent illam dari.

99. Dico secundo, ex opinionibus in secunda classe contentis, quæ legem asserunt, plures sunt falsæ quàm veræ. Ratio à fortiori hoc convincit, quam in priori casu. Ergo si in illo opiniones legem asserentes potius magis quam minus frequenter à vero aberrant, haud dubiè frequentius errant in casu isto. Ratio desumitur à naturâ & fine rerum præceptorum; illæ enim ideo institutæ sunt, ut omnibus, maxime diligenter quærentibus, innoscerent, ut sic in notitia legum verè latarum daretur uniformitas in republica, & omnes eadem regula uterentur. Procul dubio enim Deus, naturæ Auctor, ac primus legislator, singulariter providit de mediis, quibus mens illius in istis facilius & certius innoscesceret, quam in aliis. At si loqueremur de aliis rebus, pro quarum notitia Deus & natura tantam curam non gerunt, opiniones ad istam classem spectantes ex æquo censendæ essent veræ & falsæ, quia nulla esset ratio nec ex parte materiæ aut intenti Dei ad illam manifestandam, nec ex parte hominis diligentiam adhibentis, ob quam plures præsumerent veræ quàm falsæ, aut è contrario. At in præsentis casu longè aliter se res habet, maxime in rebus ad jus naturæ spectantibus. Ergo præsumendum est, quod major pars talium opinionum sit falsa.

Communis enim aut seriò omnium consensus nunquam aut rarissi-

100. Dico tertio. Ex propositionibus in prima classe contentis paucissimæ sunt falsæ, nec ulla videtur dari præsumptio sufficiens, quod quævis illarum sit falsa.

Ratio est, quia repugnat fini naturæ, quod

omnes probi & docti post omnem diligentiam errant in iis, quæ verè sunt intrinsecè mala, & ea vocent bona, quæ sunt essentialiter mala. Nonne natura frustra talia præcepta instituit? Immo quomodo potest talia præcepta instituire? Stultum est præceptum ininvenibile dari. Eadem ratio locum habet, quando omnes ferme, pauculis demptis, tenent aliquid esse licitum jure naturæ, maxime quando pauci illi non sunt in classe eorum, quos mundus sapientissimos appellat. Quid enim? dicendumne est, longè maximam Doëtorum ac sapientissimorum partem ad hoc cæcure, ut intrinsecè mala à bonis non discernant, sed ea bona reputent, quæ sunt essentialiter mala? Hoc lumini naturæ, & fini ac suavi dispositioni naturæ adeo repugnat, ut in mentem hominis labi non posse videatur. Idem proportionaliter dicendum de vetitis lege positiva: Sed cum hoc discrimine, quod in istis error frequentius obrepit, quàm in rebus juris naturalis.

mè errat in materia juris naturalis.

101. Ratio à priori istorum omnium est ipsò vulnere naturæ lapsæ desumitur: vulnus illud in duobus consistit, scilicet in ignorantia & difficultate: utraque autem maxime in iis locum habet, quæ ad finem pertinent; difficultas nempe ea faciendi, quibus finis acquiritur; ignorantia eorum, quæ ad finem iuvant; & error in iis, quæ finem aut impediunt, aut difficultant. Hinc ita constituti sumus, ut tota massa naturæ corruptæ rarè invincibiliter neget præceptum verum, quia talis error parum noceret, parum enim conducere ad finem impediendum. E contra verò sapissimè, etiam invincibiliter, fingimus obligationes, ubi nullæ sunt, utrumque enim istorum ex æquo connecti videtur cum inferrimo naturæ lapsæ statu; nam sicut primus error non excusat errantes, ita secundus eosdem aggravat, & ad ruinam disponit. Et sanè qui dicta Patrum de statu naturæ lapsæ, de errore & ignorantia illius in ordine ad finem acquirendum, atque justam Dei in homine per ea in quibus peccavit puniendo vindictam attentius consideraverit, videbit utrumque hunc defectum justissimè infectum fuisse; ut scilicet ille, qui in clara luce violavit præceptum, quo obligabatur, & fixit sibi beatitudinem in malo, idem in posterum non facilè invincibiliter ignoraret præcepta sibi imposita, ne sic ex suo malo emolumentum quodammodo reportaret non peccando, dum præcepta transgreditur, idemque invincibiliter sibi fingeret malum, & præceptum, ubi nil mali latet, & sic ex lapsu suo incurres necessitatem pluribus præceptis obtemperandi, suamque ex hoc capite salutem difficiliorem redderet. Hinc est quod longè sæpius erremus in præceptis imponendis, quàm excusandis, quando sermo est de errore invincibili, atque inde oritur præsumptio, quod in directa legum asseritione frequentissimè erremus, non item in invincibili earum negatione. Huic malo maximo Deus in eo aliquatè remedium opposuit, quod hac notitia muniti per reflexas præsumptiones fundatas minueremus præcepta, quæ alioquin ultra debitum in immensum excreverant.

Homo lapsus facilius invincibiliter fingit legem, quàm veram legem naturæ invincibiliter ignoret.

102. Dico ergo Theologum istum vim argumenti non bene percepisse: loquimur enim de re ad jus naturæ spectante, quæ in prima classe continetur. Certissimum enim est, omnes Theologos, qui ex professo de hac re tractarunt (& omnes ferme de illa ex professo egerunt) per centum ferme annos unanimitè docuisse usum

Theologus non rectè intellexit vim argumenti.

opinto-

opinionis minus probabilis in occurſu tutoris ac probabilioris eſſe licitum, ut evidens eſt ex eorum libris. Jam verò quamvis pauci aliqui ab ortu Janſeniſmi contrarium docuerunt, illi tamen & numero pauci ſunt, & ni fallor, ſapientia non æquiparandi cum illis, qui unanimiter oppoſitum tradidere. Ideoque illi non obſtant præſumptioni præſenti, quæ tanta eſt, ut ex reflexione ad illam unuſquiſque illorum longè rationabilius ſuam ſententiam deponeret, quàm ob motiva, quibus adhæret, illam tenet. Præterea ex illis paucis adverſariis, nemo eandem cum aliis viam ſequitur, ſed ſinguli abeunt in ſingulas, & complures eorum ex mera æquivocatione à benigna ſententia receſſerunt, ut evincit quæſt. 22. de conſcientia prob. Jam argumenta Theologi iſtius nil vincunt, imò non tangunt punctum difficultatis, ſi doctrina allata præ oculis habeatur, quia ſi refleſtamus ad materiam, de qua agitur, ad modum quo traditur, & ad multitudinem ac præſtantiam eorum, qui illam tamdiu, abſque ullo contradicente, unanimiter tradiderunt, ac ad pronitatem errandi in obligationibus impoſtendis, datur validiſſima præſumptio reflexa, quod opinio docens talem uſum eſſe licitum ſit vera, quia non eſt credibile, omnes Eccleſiæ auctores per integrum ſæculum in re tali, tam univerſali, tamque omnibus ad uſum frequentiſſimum neceſſaria erraſſe, quam omnes veram putabant, & ferme omnes, tamquam certiffimam tradiderunt. Sed ſingula, quæ opponit, inſpiciamus.

Solvitur illius replica per partes. 103. Inprimis, quamvis pars tutoris appareat probabilior directè, tamen indirectè ex motiſis validiſſimis, omnibus inſpectis, apparet minus veriſimilis, quàm pars minus tuta, quæ abſolutè creditur eſſe vera. Præterea ex vi rationum directarum fieri poteſt, ut intellectus comparationem illam omittat, & ſic per imperium voluntatis ſelectatur in aſſenſum partis minus tutæ, illamque ut probabiliorẽ, & unicè veram reſpiciat, ut ſæpius dictum eſt.

Destruit quæſtionẽ. 104. Secundò, oblitus eorum, quæ paulo ante dixerat, deſtruit quæſtionem in ipſa ejus propoſitione, loquitur enim de exceſſu evidenti & maniſeſto in motivo partis tutoris; antea autem dixerat, partem tanta apparentia veri ſuperatam non eſſe probabilem in contradictione motivi ita prævalentis pro parte contraria. At nos loquimur tantum de certò probabilibus, in contradictione partis contrariæ probabilioris.

Illatio illius nõ ſubſiſtit. 105. Tertio. Argumentatio, quam inſtituit, nil concludit; ex eo enim quod quis prudenter judicare poſſit, aliquid eſſe prohibitum, & non judicet, non magis ſequitur, quod peccet, ſi illud ponat, quàm ſequitur, quod peccet, qui dubio depoſito operatur, cum dubitare potuiſſet, & prudenter omnem judicium ſuſpendere. At hic non peccat, ergo nec ille, modo ex rationibus directis, vel reflexis formet judicium de honeſtate operis. Maximè autem in caſu noſtro non peccat, quia homo ille ita diſpoſitus eſt, ut alterutrum ex contradicentibus pro imperio voluntatis prudenter judicare poſſit, ſi à comparatione illa abſtineat, ut poteſt, ſi velit. Similiter ad illud quod habet de dubio in caſu paris probabilitatis directæ, antea reſponſum eſt.

Alia argumenta invalida. 106. Quarto. Argumentum illud: Quod hoc ſit jure naturæ vetitum, non probat illud omnibus parere: nec facit ad rem, nec locum habet in præſenti caſu. Non facit ad rem, quia nec dictis in argumento, nec illatis ex illo opponitur: non

enim dixi in argumento, quod omne jure naturæ prohibitum neceſſariò omnibus pateret; ſed ſolum quod non lateret omnes, cui certè dictum hujus Theologi non opponitur. Ergo nil facit ad ſolutionem argumenti. Sed neque locum habet in caſu præſenti, quia loquimur non de quovis objecto jure naturæ prohibito, ſed de peculiari objecto, quod, ſi exiſteret, ob peculiare rationes, magis ſe proderet deberet, quàm multa alia. Similiter loquimur de objecto ab omnibus conſiderato, in quo tamen nemo ferme rationem rei præceptæ agnovit, ſed omnes ferme illud ut certiffimè honeſtum propoſuerunt. At de tali objecto rectè inferitur, quod ſi fuiſſet prohibitum, non omnes latuiſſet, imò maniſeſta præſumptio eſt, quod veritas præcepti non potuiſſet non certò innotefcere aliquibus, aut tam efficaciter probari, ut oppoſitum non manſiſſet probabile. Jam ſi verum ſit, quod Theologus in initio replicæ dixit, nempe conſiſſiones remotas, etiam in materia juris naturalis, non niſi maximè ſapientibus innotefcere, tamen non eſt verum, quod illis ſolum probabiliter innotefcant; nam vel certò ſciuntur ab illis, vel tanta apparentia innotefcunt, ut oppoſitum non ſit probabile: & hoc indicat S. Thomas loco citato; dicit enim tales conſiſſiones non cuilibet, ſed ſolis ſapientibus eſſe maniſeſtas: quæ loquutio evidentiam indicat, aut certè ſummam probabilitatem, ita ut oppoſitum non ſit probabile. Undè ſi rei inhoneſtas hoc modo nemini innotefcat, ſed oppoſitum omnibus, aut certè longè plurimis videatur; præſumendum eſt, rem illam eſſe jure naturæ non prohibitam.

107. Quintò demum falſum eſt, quod dicit, antiquos Theologos agnoviſſe obligationem ſeſtandi tutoria, quando pars minus tuta illis apparebat minus probabilis; nemo enim hoc dixit niſi in eodem ſenſu, in quo nos idipſum docemus: non enim licet quidquam agere, de cujus honeſtate bona fides, & abſolutum judicium non formatur. Ergo qui omnibus inſpectis tendit in partem minus tutam, ut in minus probabilem parte tutiore, illicitè ponit illam, quia operatio illa non eſt ex fide. Ergò peccatum eſt. Cæterum antiqui omnes in eo unanimiter conveniunt, quod qui bona fide ſequitur judicium certò probabile de honeſtate ſui operis, excuſetur, & bene agat; ac proinde ex eorum principiis evidenter ſequitur, omnes, qui bona fide amplectuntur benignam ſententiam, & ita eam ſequuntur ſicut illa præſcribit, excuſari à peccato, & bene operari. Et ad hoc tantum demonſtrandum eos citavi. Cæterum veriſſimum eſt, neminem illorum docuiſſe opinionem hujus Theologi, quia nemo mentionem fecit de quæſtione præſenti in propriis terminis, ſub quibus univerſaliter proponitur. Quando enim opinio minus tuta, directè conſiderata, eſt, & apparet minus probabilis parte tutiore, quæritur utrum dentur motiva reflexa, ob quæ intellectus merito ac prudenter concludere poſſit, rem illam; omnibus inſpectis, eſſe licitam. De hoc nemo illorum in genere quæſtionem movit. Ergò nemo illorum potuit oppoſitum docere. Præterea certum eſt, eos in multis caſibus particularibus, ob motiva reflexa, docuiſſe ea eſſe licita, quæ directè loquendo non erant probabiliora. Sic dixerunt, poſſeſſorem bonæ fidei in pari caſu poſſe rem poſſeſſam ſibi retinere, ſubditum in dubio debere obedire, nec dubium quin in aliis etiam caſibus ex argumentis reflexis ſæpè quæſtionem ſolverint.

Medina non fuit primus auctor benignæ sententiæ.

Qui citantur pro nostra sententiâ, verè eâ tradiderunt.

108. Itaque Medina sub una abstractione consideravit omnia directè minus probabilia practicè, quæ antiqui sparsim tantum & divisim sub diversis capitibus proposuerant, & quætionem instituit, an omnia illa ex vi argumentorum reflexorum sufficienter probentur esse licita. Respondit affirmativè, eumque omnes omnino Auctores per integrum ferme sæculum absque ulla diffensione sequuti sunt, si loquamur de practicè probabilibus. Ex quo duo inferuntur. Primum, Medinam non invenisse novam doctrinam, unanimi antiquorum opinioni contrariam, alioquin à coactancis & sequentibus hoc nomine impugnatus fuisset. Itaque omnes ejus coactanei, & ipse quoque optimè sciebant, illum nil novi docere, sed ea solum sub una generali abstractione proponere & probare, quæ antiqui diversis in locis sub diversis titulis proposuerant, & docuerant. Alterum est, Theologum istum apertè in eo errare, quòd contendat, non omnes Auctores, qui pro benigna sententiâ citantur docuisse nostram sententiâ, sed complures eorum solum tenere quod ipse docet, nempe licitum esse sequi minus probabilia, & quæ talia reputantur, modò ea ipsi operanti videantur probabiliora. Inprimis ex hoc ipso, quod hoc loco dicit, erroris convincitur, quia fatetur Medinam nobiscum sentire, idque notorium esse. At certum est, posteriores omnes citasse Medinam tamquam illum, cujus sententiæ accedebant. Ergò idem cum illo tenuerunt, alioquin stultè illum citassent pro sua sententiâ, sequè cum illo sentire falsi fuissent. Præterea certum est, plurimos ex auctoribus nostræ sententiæ docuisse, licitum esse agere contra propriam opinionem, quæ utique apud illos probabilior est oppositâ. Ergò tenuerunt benignam sententiâ in sensu à nobis asserto, non in sensu istius Theologi, qui aliud non docet, quàm cuiuscumque licitum esse sequi suam opinionem directam, si sit certè probabilis. Hoc autem idem est ac dicere, solum licitum esse sequi opinionem probabiliorè, & qui probabiliorum tantum usum admittunt, hoc modo loquuntur. Ergò qui dicunt usum minus probabilium esse licitum aliud dicunt, nempe licitum esse sequi usum opinionis, quæ directè minus probabilis habetur. Et sanè ex Auctorum lectione manifestum est, hunc esse sensum illorum, nec quisquam præter hunc Theologum de hoc dubitavit. Præterea id ipsum ex hoc convincitur, quod ad thesım probandam utantur argumentis reflexis, quæ supponunt opinionem directam reputari minus probabilem. Ergò loquuntur de opinione, quæ directè apparet & supponitur apparere minus probabilis operanti. Sed quid? vellet Theologus iste non habere tot adversarios, quot inevitabiliter habere debet quicumque benignam sententiâ impugnat; sed, velit, nolit, hos omnes, id est, omnes ferme totius mundi Doctores, sibi contrarios habet. Stat ergo, & Auctores hujus sæculi expressè tenere benignam sententiâ, & antiquos à me citatos illi evidentissimè favere; neutros huic Theologo consentire, quatenus negat opinionem directè minus probabilem esse regulam objectivam, seu fundare discursum reflexum, per quem intellectus, omnibus pensatis, concludit, usum illius esse absolutè licitum.

RATIO NONA.

109. **C**ELEBRE est illud effatum apud Jurisperitos: *in dubio melior est conditio possidentis*: ex quo, apud omnes ferme quasi certum est, quod saltem in materia justitiæ licet possessori sequi opinionem minus tutam, remque possessam absque peccandi periculo sibi retinere, quamvis dubius sit an illa ad alium pertinet; quod verum est, sive dubium sit purè negativum, seu positivum, ob rationes utrimque ex æquo faventes. Hinc sic universaliter arguo: Nil invenitur, quod excuset possessorem in casu parisi probabilitatis, præter titulum possessionis junctum probabilitati sibi faventi. At hæc omnia æqualiter inveniuntur in omni alia materia, ad quam titulus possessionis extenditur, aut quæ possessionis titulum non destruit. Certum autem est, quod titulus possessionis ad aliâ extendatur, quàm quæ præcisè spectant ad justitiâ. Ergò hæc regula æquè valet in aliis materiis, ac in materia justitiæ, in quibus scilicet titulus possessionis æquè invenitur ac in materia justitiæ.

110. Hinc cum Esparza de *act. human. quest. 23. art. 3.* sic discuro. Evidens est, voluntatem esse sui juris, ceterasque potentias ipsi naturaliter ita subjectas esse, ut omnia tam intra, quàm extra hominem naturali hominis dominio subjecta sint. Ratione hujus Domini voluntas ex naturali suæ conditionis excellentia est in plenissima possessione libertatis circa ista omnia, nec ab eâ deturbari debet, nisi pari evidentia constet, usum hujus domini aliqua lege esse restrictum, quatenus aliquis actus, aut ipsius voluntatis, aut subjectarum potentiarum legitime prohibetur; neque enim quicquam incertas juris certi exceptiones tenetur admittere. Porro omnes leges, tam naturales, quàm positivæ, sunt limitationes quædam & exceptiones domini ac juris, quod naturaliter competit homini circa omnia inferiora, tam intra, quam extra hominem. Ergò donec pari certitudine constet, legem aliquam, restringentem dominium naturale ejusque usum, existere; non tenetur homo talem legem admittere, quia in dubio, seu in pari causa, melior est conditio hominis suam libertatem ac dominium possidentis. Ecce regula illa juris: *in dubio melior est conditio possidentis*: non solum ex æquo, sed cum manifesto excessu potiorè locum tenet in libertate relatè ad omnem omnino materiam, quam habet in materia justitiæ, quando nullum certum jus ad illam rem præcessit.

111. Ex hoc ratio quartæ efficacissimè confirmatur: ibi enim ostendimus, legem dubiam non obligare. Hoc autem multo magis valet, quando dubitans est in possessione suæ libertatis, quia *in dubio melior est conditio possidentis*. Hæc duæ rationes sigillatim sumptæ evincunt intentum, sed si manum jungant, & simul copulentur validissimè probant intentum. Hæc delibavi ex nona probatione, quam suscipi profectus sum *quest. 23. de conscientia prob. à num. 42.* ubi multa huc spectantia addita invenies. Ego Lectorem ad illa remitto, quia hæcenus dicta ad præsens intentum hoc loco abundè sufficiunt, maximè cum Theologus ille hoc solum contra rationem istam proponat, se alibi latè ostensurum, istam juris regulam non habere locum nisi in materia justitiæ. Cæterum nos quoque ex professo de hac materia latè acturi sumus contra Celladeum *quest. 57.* in qua

Titulus possessionis cunctis vincit minus probabilem esse licitum.

Titulus hic ad omnem materiam extenditur.

Titulus possessionis, junctus legis dubio, convincit intentum.

qua veritas hæc contra adversarios validissime confirmabitur.

Theologus iste tenetur sua argumenta nullatenus damnare.

112. Interim dissimulandum non est, Theologum istum propriam sententiam evertere, per hoc quod admitat, licitum esse sequi partem æquæ aut minus probabilem, minusque tutam in materia justitiæ. Ratio est perspicua, quia omnia ipsius argumenta æquæ urgent illum in hoc casu, ac nos in ullo alio. Inprimis quando jus alterius apparet possessori æquæ aut magis probabile quam jus proprium; possessor in primo casu necessario dubitat an retineat alienum. At in dubio tutior pars est tenenda. In secundo casu potest prudenter judicare rem esse alterius, eamque debere restituere, & non potest prudenter judicare oppositum. Ergo æquæ tenetur illam reddere, aut ex parte dividere, ac si absolute crederet rem ad alium spectare, & se ad illam reddendam obligari. Quid hæc in re determinatè responsurus sit Theologus iste ad sua argumenta, ut illa amoliantur, nescio. Sed scio, illum nil posse respondere, nisi quod eorum vim prorsus enervat. Dicere enim debet, quamvis illa vera sint, si res ex rationibus tantum directis consideretur, nihilominus, non obstante pari aut majori illa probabilitate directâ, intellectus per principia indirecta, & rei, de qua litigatur, extrinseca, consurgere potest ad formandum judicium probabile & prudens, quo absolute credat, retentionem rei posse esse licitam. Stante autem hoc judicio, excusatur possessor, si rem illam sibi retineat. Hoc responsum, quod sanè verissimum est, totum Theologi hujus conatum evertit. Jam enim habemus, dispositionem & apparentiam illam directam, atque potentiam directè prudenterque judicandi in favore partis tutioris, & impotentiam directè prudenterque judicandi oppositum, non facere ad rem, nisi probetur quod nulla detur ratio indirecta aut reflexa, vi cujus conscientia prudenter, totâ illâ apparentiâ ac impotentia non obstante, formari possit. At hoc nec probavit, nec unquam probabiliter ostendit. Ergo frustra ubique obtrudit illa argumenta, quibus ipsemet per principia indirecta respondere tenetur, & quæ nullam vim habent, nisi in defectu talium principiorum, quæ nunquam desunt. Totus ergo labor ipsius in eo poni debebat, ad ostendendum nullum dari principium indirectum, cui homines prudenter assentientes concludere possint, rem aliquam verè esse licitam, etsi directè sit solum æquæ aut minus probabilis, quam pars tutior opposita. At hoc non urgetur, ut patet, nec sufficienter probatur. Ergo rationes illæ frustra toties obtrusæ sunt, sicut easdem in posterum sapius, sed frustra obtrudi conspiciemus.

RATIO DECIMA.

Operari secundâ magis & minus probabiliter non differunt specie.

113. CERTUM est, non omne periculum peccati materialis, etiam certò probabiliter apparentis, fundare obligationem abstinendi ab opere, in quo dictum periculum appareret, alioquin major probabilitas non excusaret, quam tamen certò novimus excusare, ut ex prima assertione constat. Hoc posito, sic arguo. Quæ solum differunt secundum magis & minus, non differunt specie. At operari secundum opinionem probabilem in contradictione opinionis minus aut æquæ probabilis magisque tutæ, & operari secundum opinionem minus probabilem minusque tutam in contradictione probabilioris

ac tutioris, solum differunt secundum magis & minus, quacumque tandem ratione considerentur. Ergo illi duo modi operandi non differunt specie. Sed certum est, quod sequi opinionem probabilioris, etsi minus tutam, sit licitum: Ergo licitum quoque est sequi partem minus tutam, quando illa est æquæ tantum aut minus probabilis parte tutiore. Tota ergo diversitas est; quod in uno casu periculum peccati materialis sit paulo majus, quam in alio, cum in neutro sit periculum peccati formalis, quod certè ex æquò imminet, aut non imminet in utroque casu. Adde rarò constare, an opinio quæ probabilior appareret, sit reipsa probabilior; excessus autem apparentiæ, de quo non constat, nullius momenti est ad regulandam conscientiam. Ergo si probabilior apparentia veritatis excuset, utique omnis opinio certè probabilis excusabit, quia ratio excusationis non est incertus gradus probabilioritatis, sed gradus certæ probabilitatis, qui æquæ reperitur in opinione minus probabili, ac in probabiliori. Ergo omnis opinio certò probabilis æquæ excusatur.

THEOLOGI REPLICATA SOLVITUR.

114. **O**BIECTIO sic. Duo illi modi operandi differunt moraliter specie, præsertim Theologi. quando opinio tutior est evidentè probabilior minus tutâ; tunc enim minus tuta non manet absolute probabilis, respectu operantis in illis circumstantiis, quia jam fundamentum illius comparatum cum motivo alterius partis, hæc & nunc est parvum in existimatione operantis: est autem evidens differentia ab uno casu ad alium. Nam quando pars minus tuta apparet operanti clarè ut probabilior, tunc ipsi prudenter assentiri potest intellectus, absoluteque judicare rem illam esse universaliter licitam, quod sufficit, ut homo possit honestè secundum illam operari. At quando apparet minus, vel ad summum æquè probabilis, nequit illi assentiri, nec judicare rem esse licitam; qui autem exequitur rem cum dubio an sit licita, absque dubio peccat.

Obiectio Theologi.

Respondeo, eadem hæc obtrudi quæ antea soluta sunt. Inprimis si excessus probabilitatis sit tantus & tam evidens, ut oppositum non maneat certò probabile, non sumus in casu. Ergo sermo restringendus est ad excessum invidenter apparentem. In eo autem casu argumentum procedit, sive loquamur de operante ex vi rationum directè, sive reflexè probantium. Si rationes directè probantes solum considerentur, intellectus potest omittere comparisonem illam, & considerare motiva utriusque partis, ut mutuo se excuset secundum quid, de quibus hoc solum statuit, quod utrumque sit certò probabile, ac dignum assensu in contradictione alterius, nescire autem se quodnam sit majus. Hoc stante, ex affectu ac imperio voluntatis flecti potest in assensum partis cujusvis, etiam illius, quæ hæc & nunc apparet minus probabilis, si illa comparatio, ut potuit, ommissa fuisset; in hoc enim casu intellectus flecti potest ad prudenter assentiendum cuilibet parti, ut sæpè dictum est, & ex professo probaturum *quest. 9. & 10. de consc. prob.* nec audiendus est hic Theologus, qui oppositum dicit, sed non probat. Itaque qui hac ratione operantur modò sectando probabilis, modò æquæ aut minus probabile, in omni consideratione ad summum differunt secundum magis

Solvitur obiectio.

Vis argu-
menti no-
sti claris
exponitur.

gis & minus, nec umbra est diversitatis specificæ, ne quidem in consideratione morali.

115. Verum quia hic modus operandi est controversus, & ab adversariis negatur, & quia loquimur in sensu diviso illius actus comparativi, cum tamen præcipua quæstio videatur institui in sensu composito ipsius; ideo argumentum hoc non tam proponitur de iis, qui ex principiis directis, quam qui ex principiis solum reflexis conscientiam formant, sive sciantur opinionem directè probabiliorem, sive æquè aut minus probabilem. Jam in hoc casu perspicuum est, duos illos modos operandi solum differre secundum magis & minus, quia supponimus, hominem utrobique ex motivis tantum indirectis formare absolutum iudicium de honestate sui operis, idque ex motivis apud ipsam semper prævalentibus, quæ tamen paulò efficacius ostendunt usum probabiliorem, quam æquè aut minus probabilem esse licitum: & sanè nullum argumentum reflexum probat, usum probabiliorem, quibus directè non assentimur, esse licitum, quod non sufficienter probet, usum æquè aut minus probabilem esse licitum, ut videre est ex argumentis reflexis, quæ attulimus, & ex afferendis etiam patebit. Ergò modi illi operandi non differunt specie. Ergò uterque est licitus. Et sanè ut argumentum hoc vim suam habeat, oportet considerare duos, quorum unus ex motivis reflexis format conscientiam, quod liceat sequi partem directè probabiliorem, non obstante certa probabilitate partis tutioris; alter verò ex principiis pariter reflexis format conscientiam, quæ dicat, licitam sibi esse partem minus tutam, directè minus probabilem, non obstante majore probabilitate directa apparente pro parte tutiore. Hi duo bona fide operantes contemplandi sunt: objectum, in quod unus fertur, comparandum est cum objecto, in quod alius fertur: bona fides utriusque consideranda, & motiva apud illos prævalentia, quibus moventur, comparanda. His autem inter se collatis, nulla apparere poterit diversitas specificæ, sive physica, sive moralis, sed tota diversitas erit secundum magis & minus. Ergò uterque benè operatur, si alter eorum sciatur benè operari. At alter scitur benè operari. Ergò uterque benè operatur. Hoc est argumentum, cui Theologus responsum non dedit. Nec respondere potest, si ipse casum applicet ad duos possessores, bona fide retinentes res possessas, quorum alteri æquè probabile videtur, rem possessam ad alium pertinere, ac ad se; alteri verò rationes juris alieni videntur paulò fundatiores. Respondeat ipse argumento simili in hoc casu, si possit; si non possit, sciat se argumento à me proposito non respondisse, nec posse respondere, quia argumentum meum idem est, nec in alio differt, quam quod in universali proponatur, cum eadem prorsus sit ratio in universali illa consideratione, ac in hac particulari.

RATIO UNDECIMA.

116. **N**EMO tenetur ad honestius & perfectius amplectendum, sed sufficit si sequatur honestum & perfectum. Ergò nemo tenetur sequi opinionem probabiliorem, sed sufficit sequi æquè aut minus probabilem; quia sequi opinionem probabiliorem, & sequi opinionem æquè aut minus probabilem in contradictione opinionis tutioris certò probabilis, se ha-

M. gis & minus probabile, se habent ut magis & minus honestum.

bent ut excedens & excessum, ut magis & minus bonum in eodem genere. At certum est, quod liceat sequi probabiliorem contra tutiorem minus probabilem. Ergò licet etiam sequi minus tutam certò probabilem, contra tutiorem æquè aut magis probabilem, cum uterque modus procedendi sit in eodem ordine, qui aliam comparationem non admittit, quam minus honesti ad magis honestum.

Confirmatur: si daretur obligatio sectandi probabiliora, id esset, vel quia essent tutiora, vel rationabiliora; neque enim alia ratio excogitari potest. Non quia tutiora, quia nemo tenetur ad tutiora, ut ex S. Antonino, Majore, Landulpho, aliisque omnibus tam antiquis quam modernis estendi *quæst. 22. de conscientia probabilis*. Præterea si teneremur ad tutiora, non liceret sequi probabiliora, quando sunt minus tuta. At hoc est falsum, ergò, &c. Non quia rationabiliora, quia ad vitandum peccatum, sufficit sequi quod rationabiliter & prudenter creditur bonum. Ergò ad non peccandum sufficit, si bona fide sequamur certò probabilia, quod verum est, quamvis sint minus probabilia, quia illa adhuc sub tali consideratione sunt verè rationabilia, ac certò prudentia, sicut sunt certò probabilia.

117. Hæc ratio, sicut & superior, intelligi debet de actibus intellectus & voluntatis, quos habent duo homines, quorum alter bona fide sequitur minus probabile contra tutius ac probabilius, alter verò bona fide sequitur partem probabiliorem, contra rationem certò probabilem. Dicimus enim dispositionem illorum hominum, atque objecta illis proposita, non differre nisi secundum magis & minus, & secundum honestius, & minus honestum. Et sanè licet hæc duo argumenta non clarè evincant intentum, si ad sola argumenta directè probantia respiciamus, quia in hac hypothesi non est certum, quod intellectus flecti possit in assensum partis minus probabilis; nihilominus etiam in hoc sensu probabilissimè concludunt, quia probabilissimum est, quod intellectus in talem assensum prudenter flecti possit: hoc autem habito, consequentia eadem probabilitate infertur, quæ minor asseritur. Verum si dispositiones considerentur, per quas sectans partem probabiliorem excusatur ex vi rationum reflexè probantium, illæ rem convincunt, quia æquè conveniunt omni opinioni certò probabili, quales sunt: *Quod licitè doceatur in scholis, quod sit quæstio spectans ad jus naturæ, quod lex non sufficienter promulgata fuerit, quod lex dubia non obliget, quod in dubio melior sit conditio possidentis, &c.* Ex his enim intellectus confurgit ad formandum dictamen, quod æquè liceat sequi minus ac magis probabilia. Itaque in omnibus istiusmodi casibus, eadem specie est dispositio intellectus ac voluntatis in sectante probabiliora, & minus probabilia. Ergò tam certum est unum non peccare quam alterum, quia quando actus intellectus & voluntatis duorum sunt similes, & in eadem specie, repugnat unum eorum laudabiliter agere, & alterum peccare; effectus enim formales tam diversi nequeunt provenire à causis formalibus adeo similibus.

118. Ratio à priori horum omnium est, quia quocumque modo tutiora in præsentī comparatione sumantur, semper contrariatur illis argumentum certò probabile, quod committatur peccatum materiale. Similiter quomodocumque minus tuta sumuntur, ex opposito datur motivum certò prudens exilimandi, quod nulla in illis

Ratio hæc in directâ consideratione valida est, sed in reflexâ prorsus inefficax.

lateat

lateat vel materialis transgressio. Jam quidquid diversitatis reperitur inter istos terminos solum variatur secundum magis & minus. Sic si spes non errandi sit paulo major in uno quam in alio casu, ita hoc verum est, ut semper sit prudens fundamentum existimandi errorem in opere latere. Similiter si timor errandi sit paulo major, adhuc datur spes certo prudens, quod nullus futurus sit error. Quis non videt has dispositiones esse similes, & differre solum secundum magis & minus in eodem ordine? Et hoc quidem locum habet, si objecta illa merè considerentur ut substantia motivis directis. At si fumantur prout substantiant motivis indirectis ac reflexis, major probabilitas semper favet honestati partis minus tuta, & sic diversitas inter illa objecta, atque inter actus intellectus & voluntatis, quibus operantes feruntur in illa, est minor, quam in casu solius directæ considerationis. Imò in casu reflexæ considerationis actus talium operantium sunt prorsus similes. Ergo cum constet unam existis dispositionibus fundare honestatem, ritè inferitur eandem vim alteri quoque convenire.

REPLICA THEOLOGI solvitur.

Objectio Theologi.

119. **O**BJICIT sic. Dispositiones taliter operantium, non se habent solum ut excedens & excessum, seu ut magis & minus bonum in eodem genere, sed comparantur ut honestum & peccatum; quia quando opinio, favens libertati, est operanti probabilior, & clarè verisimilior opinione tutiore contraria, tunc intellectus unice potest judicare rem esse licitam; & hoc judicium est prudens. Non potest autem peccare contra legem is, qui operatur ex vi judicii prudentis dictantis legem non existere, & in iis circumstantiis, in quibus non potuit judicare legem illam existere. At quando opinio, favens libertati, est clarè minus verisimilis, quam sententia tutior opposita, è contrario se res habet, quia intellectus unice judicare potest rem illam esse licitam, idque judicio prudenti; & in casu paris probabilitatis, neutrum judicare potest, sed necessariò manet dubius. In utroque autem isto casu peccat, qui sequitur partem minus tutam. Ergo magna & notabilis valde est dissimilitudo inter dispositiones horum operantium. Quod si omnia essent paria vel similia, & operans in utroque casu supponeretur præstuisse assensum prudentem opinioni minus tuta, tunc utrobique operaretur rectè, sive opinio illa reipsa esset magis vel minus probabilis, quia operanti representaretur ut probabilior, quod ad licitè operandum sufficit.

Solvitur Objectio.

120. Respondeo, ultimam partem responsionis admittere totum, quod in præcedenti & in hoc argumento continetur. Loquimur enim ex suppositione, quòd uterque bona fide, & ex probabili judicio de honestate rei operetur; & tunc reflexè consideramus objecta proposita, & dispositiones operantium, quæ quia videmus esse prorsus similia, & differre ad summum secundum magis & minus, ideo dicimus, utrumque, vel neutrum excusari. Porro quia scimus unum non peccare, sed rectè facere, idem de altero legitime inferimus.

Cæterum ad contenta in objectione jam sæpè responsum est. Inprimis Theologus loquitur de dispositione tantum directæ utriusque, cum argumentum potissimè procedat de dispositione

R. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.

reflexâ. Secundò, quod dicit de dispositione directâ non est verum in casu quaestionis, quia loquitur de evidenti excessu verisimilitudinis in una parte, quæ tollit certam probabilitatem à parte opposita. Ergo sumus extra statum quaestionis. Quod si loquamur de apparenti, sed inevidenti excessu probabilitatis, illa apparentia deponi potest, & intellectus prudenter flecti in assensum partis antea minus probabilis, in quo casu absurda quæ objicit, locum non habent, sed è contrario dispositio utriusque operantis est similis, & una differt ab alia secundum magis & minus in eodem ordine, & consequenter uterque ex æquo bene agit. Itaque responsio ex præcipua parte non tangit, & ex nulla solvit argumentum.

RATIO DUODECIMA.

121. **O**MNIS subditus, maximè Religiosus, licitè obedit Prælo in omnibus, quæ sunt certò probabiliter honesta, quod verum est, etsi probabilius subdito appareat, quod res præcepta sit materialiter illicita. Hæc est Theologorum omnium, tam recentiorum, quam antiquorum opinio, quæ etiam à SS. PP. à Mylticæ Theologiae magistris, vitæque spiritualis duobus unanimiter traditur. Vide quæst. 23. de conf. prob. à num. 79. ubi plures istorum citatos habes, totumque argumentum latè deductum, ex quo hic pauca tantum afferam, quia infra quæst. 46. ex professo de hac materiâ agendum erit. Interim tam Theologi, quam vitæ spiritualis magistri hanc doctrinam extendunt ad casum meræ ordinationis, absque præcepto obligante in conscientia. Undè sic arguo. Jubeat, vel ordinet id superior, quod subdito religioso, utpote viro docto, probabilius appareat esse illicitum quam permissum. Peto an subditus ille superiori, talia præcipienti, licitè obedire possit? si neges, omnes uno ore te condemnant. Si concedas, habeo intentum, quia licet subdito sequi partem minus tutam, etsi illa ipsi appareat directè minus probabilis. Ergo benigna sententia locum habet in materia obedientiæ, quia subditus juxta eam licitè obedit. Nec solum licitè obedit per conformationem voluntatis, sed prudenter flectit intellectum ad idem cum suo superiore sentiendam, propriumque judicium laudabiliter abnegat. Hic est, hic fuit sensus, atque consensus totius Ecclesiæ; hæc omnium sæculorum praxis à viris sanctissimis usitata, omnibusque commendata, tamquam ad perfectionem obedientiæ acquirendam utilis & necessaria.

Subditus licitè obedit superiori præcipienti minus probabilia.

122. Hæc doctrina ad omnes piæ animas extenditur, quæ suo judicio dissuæ, perito & probato Confessario se gubernandas tradunt, sine dubio enim illi obedire possunt, quoties injungit certò probabiliter licita. At omnes omnino homines hoc modo respiciunt aliquem ut superiorem. Ergo omnes homines licitè sequuntur opinionem ipsius directè minus probabilem, quoties consilium aut ordinatio piæ ac periti Confessarii illi adjungitur. Ergo ulnis benignæ sententiæ est licitus omnibus, quæ sibi dissili alienæ prudentiæ se gubernandos tradunt. Et sanè nisi liceret obedire in eo, quod subdito minus probabile appareat, obedientiæ ordo everteretur, totaque respublica turbaretur. Si enim subditus dicat, rem præceptam, sibi videri probabilius inhonestam, quid faciet superior? Certè minus superioris esset prorsus intolerandum, nec homines

Confessori doceti probabilia esse honesta licitè obediunt.

D

mines

mines humano modo gubernari possent. Vide plura de hac re locis citatis.

THEOLOGI REPLICA.

Replica
Theologi.

123. **R**ESPONDET Theologus iste, honestatem rei, accedente Prælati præcepto, repræsentari subdito, ut verisimiliorem. Immo quamvis subditus iudicaret peccatum esse v. g. laborare in die festo, deberet iudicium suspendere, & sequi iudicium sui superioris, juxta regulam certissimam, quod subditus superiori obedire teneatur in omnibus, in quibus peccatum non cernitur manifestè. Tales autem sunt res omnes, de quibus est controversia inter Doctores, an sint licitæ, vel illicitæ.

Præceptum
superioris
non reddit
rem solum
indirectè
probabili-
ter.

124. Hæc responsio maxima ex parte est vera, ideoque valde laudo Theologum hunc, quod rectissimè de obedientiâ superioribus debitâ sentiat. Verùm hæc ejus doctrina totum negotium conficit. Inprimis ex illa habemus, accessionem præcepti reddere rem præceptam verisimiliorem; hoc tamen non est verum de directâ rei consideratione; non enim præceptum superioris minus docti efficere potest, ut subdito probabilius appareat, exercitium pingendi non esse opus servile, cui antecedenter ad præceptum probabilius apparebat esse opus servile. Sicut enim contraria superioris opinio & auctoritas illum non movebat ante præceptum ipsi impositum, sic nec potest eum movere, accedente præcepto, quia præceptum nec naturam rei immutat, nec auget auctoritatem superioris, aut ullum argumentum infert ad præsumendum, quod ideo rectius sentiat, quia juxta suam opinionem præcipit. Itaque si Theologus iste intendat, præceptum superioris universaliter reddere directam rei veritatem verisimiliorem subdito, procul dubio errat, quia manifestum est præceptum nullam ad hanc apparentiam mutandam vim habere. Itaque accessio præcepti in tantum reddit honestatem rei subdito verisimiliorem, in quantum est nova circumstantia extrinseca & indirecta, cui res illa jam substat. Honestas autem rei illius, ut tali circumstantiæ substantis, non solum repræsentatur ut verisimilior, sed absolutè certò cognoscitur esse vera. Itaque jam admittit modum formandi conscientiam, quem nos exponimus, scilicet per principia reflexa, indirecta, & rei extrinseca, quorum efficaciam major verisimilitudo directâ de inhonestate rei non obstat. At talia principia adsunt in omni casu opinionis certò probabilis, quamvis sit, & habeatur directè minus probabilis, ut ostensum est.

Obediendū
est etsi rei
præcepta
inhonestas
apparet
probabilior.

125. Et sanè però ab hoc Theologo, an subditus teneatur obedire, etsi opus præceptum in die festo verisimilior illi appareat esse servile? Si concedat, ergò jam, illo iudicio, omnibusque, quæ putat cum illo connecti, non obstantibus, intellectus per principia indirecta & reflexa formare potest prudens iudicium, quod positio talis objecti hic & nunc sit licita. Si neget, non solum omnes sibi contrarios sentiet, sed ipsemet sibi contradicet, quia per illum subditus tenetur obedire in omnibus, in quibus manifestè non cernitur peccatum. Hanc enim dicit esse regulam certissimam. Sed per majorem verisimilitudinem directam inhonestatis, contra certò probabilem apparentiam directam honestatis in aliquo opere, peccatum in illo non cernitur manifestè. Ergò subditus, majori illa verisimilitudine directâ non obstantè, & potest & debet obedire,

& credere potest obedientiam esse licitam ac necessariam.

126. Habemus secundo, subditum, nullo novo argumento ullius momenti instructum, sæpè posse ac debere proprium iudicium deponere & obedire. Ergò similiter deponere possumus iudicium comparativum de excessu probabilitatis pro parte tutiore, quia utrumque supponitur esse obscurum. Illo autem suspensio intellectus non solum ex vi argumentorum reflexorum, sed etiam ex vi rationum directè probantium flecti potest ad credendum & præsumendum, opus illud esse licitum, ut supra sæpè notatum est contra hunc Theologum, qui confundit sensum compositum talis iudicii comparativi cum sensu diviso ejusdem.

127. Ex his sequitur, omne certò probabiliter honestum, etiamsi appareat subdito minus probabile, esse objectum, quod non solum per præceptum expressum, sed etiam per ordinationem superioris, atque per consilium & ordinationem prudentis confessarii, evadit certò honestum, quod solum intendimus probare per hoc argumentum. Verùm ex hoc ulterius sequitur, quod tale objectum secundum se sub ea notatione acceptum, & reflexè consideratum, sit saltem probabiliter licitum, alioquin non esset materia præcepti, ordinationis, aut consilii. Neque enim obedire debeo præcipienti, aut consenti rem, quæ rectè intellecta & benè penetrata, ita est probabiliter illicita, ut ejus honestas non sit probabilis. Talia enim sicut temerè ordinantur, ita temerè implentur. At usus minus probabilium, & consilii & præcepti, atque etiam impleri possunt absque temeritate. Ergò quicumque ex hoc ipso motivo probabiliter reflexo absolutè credit, usum talium esse licitum, licitè reducit talem usum ad praxim, quod probare intendimus. Ergò habemus intentum, quod neminem excusamus per benignam sententiam, nisi qui ex motivo probabilis, saltem indirecto, absolutè credit illam esse veram. Ecce objectum directè minus probabile non solum ut substantis præcepto evadit licitum, verùm etiam cognoscitur esse licitum secundum se, quia nisi esset probabiliter saltem honestum, non esset materia obedientiæ, ut dictum, &c. At hæc probabilitas, etiam in principiis hujus Theologi, iis omnibus sufficit, qui illà moti prudenti iudicio existimant, usum talem esse licitum. Vide plura huc spectantia *quæst. illa 23. loc. citato.*

Theologus
impugna-
tur ad ho-
minem.

Omne pro-
babiliter
honestum
certò hone-
statur per
præceptum
vel ordina-
tionem su-
perioris.

RATIO DECIMA-TERTIA.

128. **S**I certa probabilitas practica non esset **O**mnis legi-
tuta conscientiæ regula, sed Deus præ-
ciperet hominibus, ne alias quam certas senten-
tias pro suæ conscientiæ directione admitterent, **S**i
per hoc ipsum onus legis servandæ gravissimum **S**i
evaderet, quia in rebus moralibus, quarum usus **U**sus proba-
semper obvius est & necessarius, pauca sunt sen- **U**sus proba-
tentiarum certæ, in reliquis utraque pars contradi- **U**sus proba-
ctionis plerumque est probabilis. Ergo homo in **U**sus proba-
omnibus ferme peccandi periculo exponeretur, **U**sus proba-
nisi semper sciretetur partem tutiorem. At sem- **U**sus proba-
per obligari ad partem tutiorem est onus intole- **U**sus proba-
rabile, & ultra vires fragilitatis humanæ, ut plu-
ribus ostensum est *quæst. 19. 20. & 21. de conse-
prob. & hic probabitur quæst. 9.* Ergo nulla datur **U**sus proba-
ejusmodi obligatio, alioquin lex Dei non esset **U**sus proba-
onus leve & jugum suave. Ergo licitum est scitari **U**sus proba-
minus tuta, si fiat certò probabilia.

129. Idem

Idem dicendum si minus probabilis non liceat.

129. Idem inconveniens sequeretur, si minor probabilitas directa ad conscientiam regulandam non sufficeret, sed in omnibus teneretur vel partem tutiorem, vel directè probabilitorem amplecti. Hoc enim esset onus intolerabile; tum quia difficillimum est discernere, quænam opinio sit probabilior; tum quia id ipsum indagare plurimum est impossibile, & ipsis Doctoribus adeo difficile, ut sæpè, nisi post longam considerationem, de hoc iudicium ferre non possint. Quocirca ipsi Doctores, donec omnes opiniones examinassent, in omnibus tenerentur sequi partem tutiorem. Alii autem omnes, qui de majori & minori probabilitate iudicium ferre non possent, in omnibus tutiora sectari tenerentur. At hoc est onus intolerabile.

Intolerabilitatem huius oneris, exemplis adducis, optimè urget Esparza *quæst. 23. de alt. hum. art. 9.* Inprimis in adversariorū sententia, unusquisque statim post peccatum commissum teneretur sub mortali vel ad contritionem perfectam eliciendam, vel ad Sacramentalem Confessionem; singulisque vicibus, quibus peccati remedium differet, de novo peccaret. Rursus singulis diebus festis teneretur dolorem de peccatis excitare. Circumstantia peccati die festo commissi explicanda esset in Confessione, quibus alia innumera in quavis Summa inveniri possunt, quia in omni ejusmodi opinione, pars altera tutior est. Uno verbo quicumque legeret Summam aliquam, teneretur ad omnes opiniones strictiores, nisi posset discernere probabiliora à minus probabilibus. At plerique inepti sunt ad hoc discernendum. Præterea cum difficile sit majorem probabilitatem discernere, aditus scrupulis in ea discernenda pateret, adeoque aut omnes aut plerique tenerentur ad partem tutiorem in omnibus sectandam; quod est onus intolerabile, maxime pro communitate.

Lex veteris usum minus probabilium esset nociva.

130. Hinc sic arguo. Lex obligans ad tutiora, aut certè ad probabiliora, ob nimiam difficultatem eam observandi, morali quadam necessitate incredibilem peccatorum copiam secum adduceret, quæ tamen facillè vitaretur, si quævis probabilitas ad conscientiam formandam sufficeret. Vitaretur, inquam, idque absque alio inconvenienti, quàm quod aliquando poneretur opus, quod fortè esset transgressio materialis, si sumeretur prout substat circumstantiis per se connexis cum tali objecto; certissimum enim est quod sæpè nulla esset, ne quidem materialis transgressio. At talis lex esset nociva, quia plus incommodi secum ferret, quàm commodi; nam si lata non esset, parum inde mali sequeretur in republica, in qua innumera peccata ex morali necessitate provenirent, si talis lex verè daretur. Præterea sic in isto. Finis omnis legis est vitare mala, alioquin oritura, per quæ ordo naturæ rationalis turbaretur. At lex istiusmodi non conduceret ad hunc finem, sed mala multiplicaret, ergo sibi ipsi repugnaret. Ergo Deus talem legem non tulit. Ergo quævis probabilitas ad conscientiam securitatem sufficit.

REPLICA THEOLOGI solvitur.

Replica Theologi.

131. **O**BJICIT, seu potius reponit, primam partem objectionis non premere ipsum, sed eos solos qui ad licitè operandum requirunt certitudinem de honestate operis. Ad secundam objectionis partem negat, se obligare *E. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.*

homines ad inquirendum, quæ pars sit probabilior, sed duntaxat imponere obligationem, quam omnes admittunt, nempe debitam diligentiam adhibendi, ut sciatur an res sit prohibita. Jam si, facta hac diligentia, appareat ipsi verisimilius, quod res sit prohibita, non potest licitè ponere. Hoc autem non est onus intèbile. Jam verò unusquisque facillè exper quænam ex sententiis oppositis magis illum pertrahit ad assensum. Illa autem est probabilior, quæ fortius movet ad assensum.

132. Respondeo, objectionem per ista non solvi. Inprimis si vera sit ejus opinio, omnes, qui ad suam, & aliorum directionem antea contenti erant opinione certò probabilis, absque eò quod curarent an esset probabilior nec ne, tenerentur eam mutare, & nullam opinionem pro regula assumere, nisi, re iterum examinata, illa ipsis probabilior appareret. At innumeri animarum Pastores, & alii, qui Summas casuum legunt, non sunt idonei ad hoc discernendum. Ergo Theologus iste, una hac sua assertione, majori mundi parti imponit necessitatem in omnibus tutiora sectandi, quod est, ipso etiam fatente, onus intolerabile.

Replicæ nō solvit argumentum.

133. Deinde si aliqui peritiores, assueti ad Opinio humilium benignæ sententiæ, huius Theologi opinioni subscriberent, eo ipso ad omnes strictiores sententias tenerentur, donec post diligens examen invenirent eas esse probabiliores oppositis. At hoc, si, ut oportet, serid fiat (voluntaria enim & sine diligenti discussione opinionis etiam certò probabilis electio per istum Theologum non sufficit, alioquin in nostram sententiam incideret) est ipsis peritis difficile, & materia innumeris scrupulis exposita, quia cum rationes sint dissimiles, & consequenter sese mutuo excedant secundum quid, nec eorum excessus sit evidens, non potest non esse arduum scire, quænam meritò cenferi possit probabilior. Præterea determinatio diligentie sufficientis esset ardua, & timoratis etiam peritioribus ingens anxietatis materia. Ergo hæc opinio non solum in imperitos, sed etiam in peritos onus intolerabile imponit; imperitis quidem necessitatem sectandi omnia tutiora; peritis verò, & iis, qui illorum autoritate gubernantur, necessitatem sectandi omnia tutiora, donec ipsi per diligens studium determinaverint, quæ opinio meritò cenferatur probabilior, & simpliciter vera.

Studium Ethicæ noceret, si veram diceret.

134. Teriud ex eadem opinione sequitur, ne minem posse serid Ethicæ studere, quin per hoc ipsum deterioris conditionis evadat, quia ad omnia tutiora graviter obligabitur, modò illi appareant verisimiliora; necesse autem est ut plurima ita illi appareant. Ergo onus gravissimum sibi imponeret, qui Ethicæ studeret, quo liber fuisset, si aliorum mitius opinantium directioni se commisisset. At hoc est absurdum, finis enim Ethicæ est, ut homo facillius onus habeat, quia ignorantia multa secum onera fert, quæ per Ethicæ disciplinam evacuantur.

135. Quarto, omnis conatus diligentissimo Labor Summæ mittarum esset inutilis & noxius in ut Pastores, aliique minus periti, qui de rebus & ejus opinionibus argumentis rectè judicare non possunt, habeant ne.

ad manum regulam, quam sequantur, & per quam alios dirigant. At ad hunc finem non ferviret, quia minus periti non possunt judicare, quænam opinio sit aut meritò habeatur probabilior. Ergo tales libri nil utilitatis ad Pastorum instru-

instructionem, & regimen animarum præberent, quia in omnibus tutiora tenenda essent, nec solum utilitate carerent, sed etiam nocumento essent, tum quia facerent huiusmodi homines dubitare de multis, de quorum honestate antea ex aliorum auctoritate prudentem credulitatem formaverant; eo ipso enim quod legerent aliquid, quod licitum putabatur, esse illicitum, aut non esse probabilius opposito, in dubium & perplexitatem inducerentur. Ergo tales libri onus gravarent, & multum nocerent.

Animarum regimen administrari non possit.

136. Quinto, hinc etiam sequeretur, quod animarum regimen & officium Pastorum congruè administrari non possit: evidens enim est, omnes Paræcias non posse administrari per peritos Theologos, sed partem longè majorem iis committi debere, qui de rebus ipsis, atque opinionum fundamentis rectè judicare non possunt. Ergo illis non liceret ullam casuum summam adhibere, sed in omnibus & ipsi ad tutiora tenerentur, & subditi ad eadem adigerentur, quo nil perniciosius communitati accidere potest. Nam quamvis optimum esset omnes meliora ac tutiora sectari, tamen ad hoc omnes obligari esset pessimum, & innumerorum peccatorum causa existeret. Itaque tales homines omni medio ad officium suum etiam mediocriter præstandum carerent. Ergo munus illud à plurimis non posset rectè ministrari. Quod inconveniens tantum est, ut opinio hujus Theologi, si aliud non afferret, hoc ipso nomine esset rejicienda, & falsissima reputanda.

Propria cuiusque existimatio esset regula conscientie.

137. Sexto demum, ex illa sequeretur, propriam tandem cuiusque persuasionem & apparentiam esse regulam objectivam, quam quisque sequi deberet. Nemo enim alieno iudicio fidere posset, nisi illud ipse per suum iudicium ut rationabilis, ac probabilis proponeret. Ergo tandem proprium cuiusque iudicium in se existens, & reflexè cognitum, esset regula objectiva, per quam conscientia formari deberet, cum sine illo licite formari non posset. At sequela est absurdissima: nemo enim proprium cuiusque iudicium pro regula objectiva Dei legem sufficienter indicante hæcenus proposuit, sed omnes aliam regulam objectivam assignarunt. Nec mirum, quia nil tam fallax ac variabile quàm proprium cuiusque iudicium de rebus difficilibus ac incertis. Homines enim passionibus ac affectibus sæpissimè incitantur ad assensum, quem rationalis apparentia veritatis sine indebita passione nunquam induxisset. Deinde ponitur regula prorsus inepta ad regulandum, quia homo vix unquam certò scire posset, se regulam debitam adhibere; non enim quodvis iudicium proprium, etiam temerè conceptum, sufficit, sed iudicium maturum post debitam diligentiam sine passione indebitè excœcante & propellente elicitedum. At nemo, vel fere nemo scire potest suum iudicium has condiciones habere. Ergo regula inutilis proponitur. Præterea hæc regula admittit ingentem confusionem in rempublicam, immò in quodvis collegium ac domum induceret, quia tot essent regulæ diversæ, quot capita; unusquisque enim sequi deberet, quod ipsi verisimilius apparet. Et unus contenderet tale opus esse omnibus licitum, atque illud ut tale in praxim reduceret. Alter, cui oppositum verisimilius apparet, illud avversari deberet, nec alteri accommodare se posset. Unde ingens confusio, ac animorum dissensio in cœconomiam omnem necessarid induceretur, maxime cum multi præfidentes, sibi que nimium

Regula huius Theologi ingentem confusionem induceret.

adulantes, omnia ferme iustà prætensione mutarent, atque ita vel ab aliorum moribus turbulenter se subducerent, aut peccaminosè cum illis communicarent. Nec dicas, homines privatos, etiam doctos, posse ac debere in multis sibi non fidere, sed quando contra gravissimos auctores opinantur, posse suam opinionem suspendere, ac præsumere oppositam esse rationabiliorē, quia jam novam regulam non explicatam inducis, nec unquam explicari poterit, quando quis aut possit, aut debeat suam opinionem explodere, & alteri adherere. Præterea si hoc in ullo casu sit licitum ac necessarium, illud utique locum habet in opinione peculiari istius Theologi, quia nemo habere potest majorem rationem diffidendi sibi, & aliis credendi, quàm iste, qui contra innumeros sapientissimos, immò contra omnes ferme Ecclesiæ Doctores insurgit, novamque opinionem pro regulanda omnium conscientia proponit. Hæc aliæque ejusmodi incommoda, debilitati fundamentorum hujus auctoris (qui etiam propria argumenta solvere debet) adjuncta, unà cum insufficienti prorsus solutione rationum benignæ sententiæ faventium, non solum suadent, regulam hanc esse prorsus insufficientem, sed eam sine fundamento congruo propositam, reipublicæ noxiam, & quatenus benignæ sententiæ opponitur, fallam esse efficacissimè persuadent.

RATIO DECIMA-QUARTA.

138. EVIDENS est, invincibilem ignorantiam legis divinæ in omni materia à peccato excusare. At omnis certa probabilitas de non prohibitione objecti, etiam in contradictione probabilitatis directè majoris pro parte contraria, necessarid connectitur cum ignorantia invincibili legis divinæ prohibentis tale objectum. Ergo quævis certa probabilitas excusat à peccato, & ad securitatem conscientie sufficit. Major apud omnes rectè sentientes certissima est. Minor mihi certa videtur. Sumo enim ullam materiam moralem, de qua Theologi post longam disputationem, & studium diuturnum variant: his affirmantibus, illis negantibus, rem illam esse licitam, sed omnibus fatentibus certò probabilis esse, quòd non sit prohibita. In hoc casu assero homines de tali lege ignorantiam invincibilem habere. Nonne illa ignorantia invincibilis est, quæ post dubium tot annorum, totque ingeniorum deludantium acutissimas investigationes vinci non potuit? Stultum enim est existimare, illam solam ignorantiam esse invincibilem, quæ à totali alicujus objecti incogitantia procedit; illa enim est materialis, & mortua, ut ita dicam, ignorantia, quæ merè per accidens est invincibilis. At illa, quæ post propositionem objecti, per diligens studium, immò per totam naturæ humanæ industriam superari & vinci non potest, illa enim vero est ignorantia formaliter & per se invincibilis. Talis est ignorantia legis divinæ, contra ejus existentiam motiva certò probabilis militant. Ergo in omni materia apud Theologos discussâ, & propter argumenta hint inde probabilis adhuc dubia, datur formalissima ignorantia talis legis, illaque planè invincibilis.

139. Huc collimant Auctores, qui communiter docent, dubium legis, post debitam diligentiam perseverans, posse prudenter deponi, & hominem non teneri ad abstinendum ab opere prius dubio, quia in tali casu lex invincibiliter ignoratur.

Probabilitas non legis connectitur cum invincibili legis ignorantia.

Lex manet dubia invincibiliter ignoratur.

tur. Hæc ratio multo magis valet, quando dantur præsumptiones probabiles, quod objectum liceat, & multo maximè, quando objectum absoluto iudicio probabiliter creditur esse licitum, tunc enim omnes ferme, tam antiqui quam recentiores expressè agnoscunt ignorantiam invincibilem in tali iudicio contineri. Vide *quæst. 23. de conscientia prob. num. 110.* in fine, ubi Auctores antiquos, ita sentientes citatos habes. Ecce principium, quo utimur, & lumine naturæ notum est, & ab omnibus communiter pro vero habitum; consequentia autem legitimè deducitur.

Minor probabilitas non legis infert hanc ignorantiam invincibilem.

140. Et sanè nullum dubium est, quin argumentum efficacissimum sit, quando rationes pro non lege sunt probabiliores, aut æquè probabiles ac rationes pro lege. Valet etiam quando rationes pro lege videntur aliquibus esse probabiliores, dummodo rationes certè probabiles pro non lege non desint.

Ratio est duplex. Prima est, quia cum excessus probabilitatis sit incertus, suspendi potest omne iudicium de tali excessu, & tunc homo reducitur ad statum æqualis probabilitatis, aut ad probabilitatem pro utraque parte cum ignorantia, quæ pars prævaleat. Secunda ratio est, quia, stante apparentia de majore probabilitate pro lege, adhuc omne iudicium de lege suspendi potest, in quo casu homo dubitat, & verè ignorat legis existentiam, idque invincibiliter, cum illa ignorantia superari non possit. Non enim superatur ignorantia legis per apprehensiones, aut per motiva probabilia, aut etiam per iudicium incertum de illius existentia, sed solum per hoc, quod certè moraliter innotescat. Ergo quamdiu non ita innotescit, non tenetur homo ex vi illius ita se gerere, ac se gerere deberet, si sciret legem existere, sed hoc illius arbitrio relinquatur ut consilium, non imponitur ut præceptum, quia invincibilis ignorantia excusat, & certè reflexè cognita de exculpatione nos certificat.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Obiectio. Theologi.

141. **O**BJICIT primò Theologus iste. Esto, habeat ille ignorantiam invincibilem legis, qui post diligens examen nec evidenti nec probabilis cognitione eam vincere potuit. Similiter, disputandi gratia, admitto illum invincibiliter ignorare malitiam, qui post sufficientem diligentiam ad inquirendam veritatem, nec evidenti nec probabilis iudicio dicere potest, rem esse illicitam. At asserere, quod ille habeat ignorantiam invincibilem, qui iudicio opinativo prudenti censeat rem esse malam, mihi videtur absurdum, ne dicam ridiculum; alioquin non peccaret, qui immediatè post illud iudicium opinativum prudens poneret rem illam. At hoc est evidenter falsum, & contrariatur principiis Terilli. Probatur sequela. Non est peccatum operari cum invincibili ignorantia malitiæ. At qui operatur cum iudicio opinativo de malitia, habet ignorantiam invincibilem malitiæ, cum tale iudicium ignorantiam illam non removeat. Ergo operari cum iudicio opinativo de malitia, non est peccatum. Tenet ergo sequela. Ergo falsissimum est dari ignorantiam invincibilem legis divinæ, contra cujus existentiam motiva probabilia militent. Stat enim motiva talia contra eam militare, & simul existentiam illius iudicio opinativo prudenter credi, in quo casu lex invincibiliter non ignoratur.

142. Respondeo primò Theologum hunc re-
R. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.

vera admittere quantum cupimus, quia admittit ignorantiam legis esse invincibilem, quando probabilitas pro non lege, est par probabilitati pro lege, in eo enim casu homo per illum non potest prudenter judicare legem existere. Ergo tunc invincibiliter ignorat legem. Jam à fortiori idem concedit, tam quando probabilitas pro non lege est major, quam quando res absoluto iudicio prudenter creditur esse licita. Itaque tota quaestio vertitur ad casum majoris probabilitatis apparentis pro lege; sed hæc etiam controversia cessat, si intellectus abstineat à tali comparatione, ut potest, quia excessus ille est incertus quando oppositum est certè probabile, tunc enim intellectus reducitur ad quandam æqualitatem apparentiam pro utraque parte, & ignorat quamnam præferri mereatur. Ergo si homines à tali comparatione abstineant, versantur in invincibili legis ignorantia, quoties motiva pro non lege sunt certè probabilia. Itaque duo remanent investiganda. Primum, an iudicium opinativum de majore probabilitate legis; secundum, an iudicium probabile de absoluta existentia legis invincibilem ejus ignorantiam impediatur. Hoc loco agendum est de secundo casu, qui omnium difficillimus est contra nos. Itaque contendit Theologus, propositionem illam, quæ dixi, *ignorantiam legis non superari per iudicium incertum de illius existentia, sed solum per hoc quod moraliter certè innotescat*, esse absurdam viderique ridiculam, & expressè contrariari opinioni meæ, quæ dicit, iudicium opinativum directum de malitia objecti fundare dictamen reflexum evidens de malitia operationis. Sed quàm immeritò, quàmque debili & falsa argumentatione hæc objiciat, mox apparebit.

Theologus iste admittit quantum cupimus.

143. Itaque ut res tota omnibus appareat, sciendum est, nos expressè loqui in argumento tam de notitia, quam de ignorantia publica legis. Tunc lex publicam notitiam habet, quando post diligens omnium aut sapientissimorum studium, talia extant indicia, quæ ita legem manifestant, ut subditi, seu respublica dici nequeat legem ignorare, sed illam meritò scire dicatur. At respublica seu subditi non possunt dici scire legem, quamdiu argumenta pro lege evidenter non excedunt argumenta pro non lege. Sed omnes subditi fatentur rem esse incertam, nec posse aut evidenter, aut certè moraliter cognosci. Quod si aliqui præferant motiva pro lege ut excedentia, alii non minus periti & sapientes existimant opposita prævalere: Quærimus jam an ista apparentia sit sufficiens pro publica legis notitia apud subditos, hæc omnia impartialiter & reflexè considerantes. Respondeo audacter non sufficere, quia quoad communitatem, nil est quod præponderet pro ulla parte, sed quædam æqualitas pro utraque se prodit. At hæc non sufficit, ut lex dicatur publicè scita & cognita, alioquin sufficeret etiam ut non lex esset publicè scita & cognita, cum par pro utraque parte sit ratio. At evidens est, utramque contradictionis partem non posse simul sciri & non sciri ab eadem communitate. Ergo evidens pariter est, talem apparentiam non esse sufficientem, ut lex dicatur simpliciter & publicè scita à communitate, omnia hinc inde considerante. Ergo coheret cum ignorantia legis, quæ quia per omnem subditorum conatum vinci ac superari non potest, rectè dicitur, & verè est ignorantia invincibilis. Ergo in tali casu communitas invincibiliter ignorat legem; & quod plus est, scit se illam

Æquivocatio Theologi detegitur.

Probabilitas non legis infert publicam legem ignorantiam invincibilem.

illam invincibiliter ignorare; ideoque scit se lege illa non obligari, quia scit illam aut non existere, aut invincibiliter publica invincibilitate ignorari. Porro quia leges statuuntur pro communitate, illae neminem ligant, nec sufficienter applicatae sunt ut quemquam afficiant, quamdiu post omnia, quae utrique parti conveniunt, considerata modo dicto latent communitatem; nam lex neminem ligat, cujus adaequata notitia, quae undecumque habita est, & haberi potuit, non magis reddit legem scitam quam ignoratam à communitate. Immo talis lex verè ignoratur à communitate, & quidem invincibiliter. Ergo non ligat communitatem. Ergo neminem ligat. Porro particulare iudicium incertum alicujus de existentia legis nil facit in ordine ad augendam vel minuendam publicam illam apparentiam toti reipublicae defervientem; ideo dixi, & verè dixi, ignorantiam legis, scilicet publicam & universalem ejus ignorantiam, per tale iudicium non superari. Et quia dum quaerimus, an lex ignoretur, vel unice vel primariò quaerimus de publicà ignorantia, ex qua sola determinandum est an lex obliget nec ne; ideo dixi, non attendendum esse ad incertum privati hominis iudicium, cum illud publicam hanc notitiam, aut carentiam notitiae publicae non immutet.

Sed ut hoc rectius intelligatur, peto, an temerarium & imprudens iudicium de lege, invincibilem ejusdem ignorantiam publicam evacuet? Nemo, ni fallor, hoc dixerit. Transsumamus ergo ad assensum probabilem de lege in hoc homine, & illum conferamus cum assensu probabili de non lege in alio, & cum tota apparentia de lege & non lege, & clarè perspicimus, eandem in utroque casu rationem militare, & neutrum ex illis iudiciis publicam legis ignorantiam debite formandi conscientiam, & licitè operandi.

Qui operatur contra conscientiam saepe non violat legem affirmatam.

144. Sed quid? nonne peccat ille contra legem, qui contra probabile ac prudens suum iudicium de lege operatur? Respondeo, & peto, an ille peccet contra legem publicè invincibiliter ignoratam, qui contra iudicium suum de legis existentia temere conceptum operatur? Secundò idem peto de eo, qui contra iudicium erroneum de lege operatur: & quaestio haec secunda tam de probabili, quam de temerario iudicio procedit. Nescio quid Theologus responsum sit: sed quidquid dixerit, ego respondeo primò, utrumque peccare contra conscientiam, violando legem reflexam certam, & certò applicatam, sive violent, sive non violent legem publicè ignoratam, de qua est sermo. Et hoc dico, modò iudicium illud de existentia legis sit prorsus absolutum, & non quodammodo conditionatum, alioquin tale iudicium non impediret bonam fidem de honestate operationis, sed homo licitè posset contra illud operari, ut latè probavi *quest. 30. de consc. prob.* Et sanè quando iudicium operantis esset erroneum, non daretur alia lex, quae posset violari, quia lex affirmata non existeret. Ergo lex tantum reflexa, certò existens & applicata, violaretur. Idem dico de eo, qui ageret contra suum iudicium temerè aut probabiliter conceptum in casu praesentis quaestionis; ille enim peccat contra legem conscientiae, sed verè non violat legem affirmatam, quia illa neminem obligat, cum à communitate publicè ignoretur, idque invincibiliter. Talis enim lex neminem afficit, cum verè non habeat quae ad legem obligantem requiruntur.

145. Magna porro latet aequivocatio in argumento, quo Theologus probat, talem hominem non peccaturum: non enim universaliter verum est, cum non peccare, qui operatur cum invincibili ignorantia malitiae, sed ad hoc requiritur, ut ignorantia illa antecedit & causet opus, ut omnes tradunt ad primam secundae, ubi agitur de voluntario, & involuntario. Atqui ignorantia invincibilis in tali homine, nec antecedit, nec influit in opus, quia vult illud facere, quamvis existimet illud esse malum, & lege prohibatum. Ergo non excusatur titulo ignorantiae etiam invincibilis, cum ignorantia illa non causet opus; nulla enim ignorantia aliter antecedit & causat, quam per hoc, quod si abfuisset, opus factum non fuisset. At hic homo non abstinuisset ab opere, quamvis ignorantia illa non fuisset, quia putans illam abesse, adhuc operatur. Rursus propositio illa: *Non est peccatum operari cum ignorantia invincibili legis*: distinguenda est. Operari cum invincibili ignorantia legis non est peccatum contra illam legem, concedo. Non est peccatum contra aliam legem non ignoratam, nego. Sic, qui stante publica ac universali ignorantia, immo & scientia non legis, temerè & falso crederet legem existere, peccaret quidem contra legem conscientiae certò existentem & applicatam, sed verè non peccaret contra legem falsò creditam, nec illam verè violaret; idque ex eo titulo, quia lex illa publicè invincibiliter ignoratur, & ideo neminem obligat, quo tamen non obstante, homo ille peccat eadem specie malitiae, quatenus in sua opinione illam transgreditur, & per hoc violat legem conscientiae, veratè non tali modo operatur. Stat ergo verissimum esse, illam legem invincibiliter ignorari, contra cujus existentiam motiva certò probabiliter militent, publicaeque huic, ac universali ignorantiae iudicium probabile incertum non obtinere. Cogitet haec Theologus, & videbit non solum non esse ridiculum, aut absurdum, sed verissimum, quod iudicium ejusmodi obsecrum rectè cohaereat cum ignorantia verè invincibili, ex cujus consideratione legitime inferatur, legem talem non obligare: sed ille confundit veram ignorantiam cum ignorantia apparente. Illi quidem homini verè inest ignorantia insuperabilis, sed illi falsò videtur non inesse; nos autem reflexè scimus, illum invincibiliter legem ignorare, id est scimus illum non habere motiva sufficientia ad hoc, ut per illa debite considerata, atque cum aliis omnibus comparata, dici possit: *Hac lex, ea veritatis apparentia proponitur communitati, ut merito dici possit sciri.* Ad hoc enim ad minimum requiritur, ut stante probabilitate pro lege, non sit probabile legem non dari; nulla enim apparentia ista minor sufficit ut lex dicatur non ignorari, sed sciri à communitate, ut patet. Ex his habemus, objectionem hanc ex terminorum confusione ortam fuisse: si enim Theologus advertisset ad ignorantiam & scientiam publicam communitatis, in ordine ad quam solam simpliciter statui potest, an lex sciatur, vel invincibiliter ignoretur, & consequenter an obliget, vel non obliget universaliter, & illam distinxisset à privata determinati hominis apparentia, vidisset nullam in ea re difficultatem latere, sed antecedens argumenti non connecti cum consequente. Similiter nunquam dixisset, doctrinam hanc meam aliis à me assertis repugnare, cum omnia aperte cohaereant, ut vidimus.

146. Ex hac doctrina habemus, quod si quis non

Peccare potest qui operatur cum invincibili ignorantia legis.

Excusatur operans in ignorantia legis invincibili.

Corollarium
notandum.

non eliciat iudicium absolutum de lege, sed maneat suspensus de veritate rei, ut prudenter potest, iste per discursum reflexum circa universalem invincibilem ignorantiam talis legis, recte potest formare conscientiam, & absoluto iudicio prudenti dicere, nullam dari obligationem faciendi rem illam, quia lex illam praecipiens, non est scita à communitate, sed ab ea invincibiliter ignorata, ideoque neminem obligat, cum communitatem non afficiat.

147. Objicit secundò. Quamvis in casu argumenti homo non eliceret iudicium absolutum de existentia legis, posset tamen illud prudenter elicere, quia lex supponitur apparere probabilior quam non lex. At hoc sufficit, ut non dicatur invincibiliter ignorare legem. Ergò non datur invincibilis ignorantia legis in eo, cui post diligens examen, sententia affirmans rem esse illicitam appareat manifestè probabilior, quam sententia opposita.

Solvitur
objectio.

148. Respondeo objectionem hanc ex dictis ad primam à fortiori esse solutam, quia major illa probabilitas privata nil facit ad affirmandam vel negandam ignorantiam, de qua est sermo. Sic praeterquam obligans ad constituendas circumstantias solum notabiliter aggravantes in eadem specie invincibiliter ignorat ab Ecclesia, cui non obstat, quod existentia talis legis mihi appareat probabilior, quam eisdem non existentia, aut etiam quòd ego iudicem legem illam verè existere, quia hoc nil facit in ordine ad legitimam legis notitiam, per quam solam sufficienter applicatur ut obliget, juxta dicta supra num. 45. & seq. Et sanè Theologus iste in tota hac re eandem ubique æquivocationem passus est, confundit enim peculiarem privati hominis dispositionem, per quam ille aliqua lege arctatur, cum dispositione universali & publica, ad quam solum respiciendum est, quando agitur de legibus pro tota communitate latis, quæque non aliter afficiunt singulos, quam si communitatem afficiant, & in eam vim suam exerant. Cæterum hic quoque ut vim argumento adderet, illud destruxit; quia loquitur pro casu evidentis excessus in probabilitate pro lege, in quo casu argumentum procedit de subiecto non supponente, quia quaestio nostra restringitur ad casum, in quo certa probabilitas pro utraque parte subsistit. At illa non subsistit, etiam per ipsum, quando excessus unius partis supra aliam, antecederet ad omnem affectum, & assensum uni parti peculiariter impensum, est manifestus & evidens.

Theologus
suum argu-
mentum de-
struit.

149. Nec tamen multum miror, quod ad casum evidentis excessus se restrinxerit, quia si excessus sit inevidens, iudicium illud comparativum prudenter suspendi potest, in quo casu absolute tenemus intellectum ab imperio voluntatis flecti posse, idque prudenter, tam in assensum de legis existentia, quam de illius non existentia. Hoc cum sciret, simulque adverteret, oppositum non debere supponi, maluit ad casum evidentis excessus argumentum restringere, in quo videtur impossibile, ut intellectus flectatur in assensum partis minus verisimilis. Verum perinde est, quocumque tandem modo procedat: si enim ad evidentem excessum se restringat, sumus extra casum praesentis controversiæ; si non restringat, tanta est apparentia pro utraque parte, ut intellectus flecti possit ad alterutrum pro libitu iudicandum, ut fuse probatum est, *quæst. 8. 9. & 10. de conscientia probabilis*. At hoc admisso ignorantia legis est invincibilis, cum nil feratur pro una

parte, quin tantumdem quoad nos, aut ferè tantumdem, quantum discernere possumus, feratur etiam pro opposita parte. Hoc autem non facit, ut lex merito dicatur sciri. Ergò non tollit ignorantiam invincibilem legis.

150. Objicit tertio. In sententia Terilli lex non ignoratur invincibiliter; ne quidem quando apparentia pro lege est par, aut etiam minor quam apparentia pro non lege, quia adhuc per illum intellectus prudenter flecti potest ad existimandum legem dari. At homo non ignorat invincibiliter illud, quod prudenter affirmare potest.

Obiectio 3.

151. Respondeo in primis eandem, quæ in aliis objectionibus, æquivocationem hic quoque intervenire, quia argumentum meum loquitur de publica ignorantia legis relatæ ad communitatem, obiectio autem loquitur de alia prorsus re; quæ nullam cum illa connexionem habet.

Solutio 1.

152. Deinde Respondeo, fieri quidem posse, ut in illo casu intellectus flectatur in assensum alterutrius partis, sed longè facilius suspendere potest omne iudicium, in quo casu manifestum est, quod ignoraret legem. Nec obstat, quod habeat apparentiam pro lege sufficientem ad assentiendum, quia simul habet parem aut majorem ad dissentiendum. Absurdum est autem dicere, quod talis apparentia sufficit, ut lex dicatur sciri & non ignorari; alioquin etiam non lex, eadem aut potiori de causa, esset scita; ergo utraque pars contradictionis simul sciretur esse, quod est absurdum. Itaque dico, eum absolute ignorare legem, & quidem invincibiliter, qui non habet majorem apparentiam pro lege, quam pro non lege, quamvis intellectus per imperium voluntatis flecti possit ad assentiendum utrilibet, modò neutri assensus præbeatur, & homo per diligentiam debitam ad meliorem legis notitiam pervenire non possit. Quod si actu credat legem dari, tunc quidem lex quoad illum non est omnimodè ignorata, quia existimat illam dari, ideoque ex lege conscientia tenetur se illi accommodare, nihilominus lex illa, tunc etiam ab illo homine invincibiliter ignoratur, quia ita ignoratur ut nullam ab illa lege obligationem habeat, eo quod lex non sit scita, nec sciri possit ab illo ea scientia, quæ requiritur ut lex sufficienter applicetur ad obligationem inducendam in communitatem; hoc autem est legem invincibiliter ignorari, si loquamur proprie de ignorantia invincibili, per quam fit ut lex simpliciter non obliget, quatenus non obligat communitatem, qua non obligata, nemo obligatur.

Solutio 2.

153. Objicit quartò. Quando loquimur de ignorantia invincibili excusante, sermo est de invincibilitate, quæ non solum reddit innocentem ipsam ignorantiam, sed etiam opus subsequutum ad talem ignorantiam. Evidens autem est, quod quamvis error inexistens iudicio probabiliter falso de existentia legis (si contingat iudicium illud esse erroneum) sit innocens, operatio tamen consequens ad iudicium non est innocens; quamvis enim non peccet, affirmando rem esse prohibitam, peccaret tamen ponendo rem illam, quamvis error ipse, & ignorantia legis in illo contenta, sit invincibilis; quia culpa illi verti nequit, quod legem ignoret, sed credat illam existere, quando non existit. Hæc est insignis æquivocatio Terilli; ex dictis enim constat, probabilitatem de non lege non connecti cum invincibili legis ignorantia, quæ sufficit ad opus excusandum, etsi connectatur cum ignorantia,

Obiectio 4.

quæ inculpabile reddit iudicium de lege, si contingat illud esse erroneum. Caterum tale iudicium connecti potest cum toto eo, in quo per illum invincibilis legis ignorantia consistit. At evidens est, non operari cum ignorantia invincibili legis prohibentis illum, qui operatur cum iudicio determinato; quod obiectum sit prohibitum.

154. Respondeo, me nondum videre, in quo aut æquivocationem passus sim, aut errarim, sed nec Theologus iste hanc æquivocationem vidit, quia in argumento meo expressè dixi, invincibilem legis ignorantiam non superari per iudicium incertum hominis privati. Ergo non æquivocatione deceptus fui, sed sciens & videns omnia admisi, ex quibus ille suas objectiones format, & quod plus est, probavi illa omnia rectè coherere cum ignorantia legis invincibili sufficiente ad eum à peccato excusandum, qui ex tali ignorantia operatur. E contrariò veritas est, Theologum istum in pluribus æquivocationem passum, nec vim argumenti rectè intellexisse. In primis argumentum procedit de ignorantia, seu de carentiâ scientiæ publicæ, relatè ad communitatem, quia illa sola inspicienda est, ut sciamus, an lex in incertis sufficienter sit scita, vel invincibiliter ignorata. Ille autem loquitur de peculiari iudicio incerto unius hominis, quod nec probat, nec improbat ignorantiam, de qua argumentum procedit. Deinde incongruè confundit operationem factam cum ignorantia invincibili, & operationem factam ex ignorantia legis invincibili. Et quia evidens est, non omnem operationem factam cum ignorantia insuperabili esse honestam, miserrimè deceptus intulit, ignorantiam illam non esse invincibilem, cui peccatum in operatione annectitur.

Duplex
Theologi
æquivoca-
tio.

Aliud operari cum, aliud ex ignorantia invincibili.

155. Porro ut ille, & omnes confusam hanc rerum diversissimarum æquivocationem videant, ponamus aliquem invincibiliter ignorare legem aliquam, & insuper prudenter existimare, legem illam non dari. Hic homo dupliciter operari potest cum hac ignorantia. Primum ita ut ignorantia antecedit operationem, & in illam influat, eo quod homo ille, si legem scivisset, aut illam dari credidisset, non eliciisset talem operationem. Hic homo non peccat, quia ignorantia invincibilis influens in opus, cum qua & ex qua homo operatur, eum excusat. Secundò operari potest cum hac ignorantia, ita ut illa nec causet operationem, nec in illam influat, in quo casu non excusat operationem. Sic si homo taliter ignorans & iudicans legem non dari, expressè diceret, *ego verè ignoro legem hanc, & puto illam non dari, tamen quamvis daretur, aut putarem illam dari, adhuc idem opus facerem.* Hic, inquam, non excusatur, quamvis operetur cum ignorantia invincibili legis, quia ex illa non operatur, seu quia ignorantia non est causa illius operis. Jam Theologus iste hæc tam distantia ac diversa in omnibus suis objectionibus aperte confundit, quibus distinctis, universa, in quibus vim maximam ponit, sponte corruunt, quamvis enim evidens sit, eum non operari ex ignorantia legis, qui iudicat illam dari, & nihilominus contra illam operatur, evidens tamen non est, illum non operari cum invincibili ejusdem ignorantia: Immo sæpè oppositum est evidens, scilicet quando iudicium est falsum, & contra publicam scientiam non legis temerè conceptum. In illo enim casu & ille & omnes invincibiliter ignorant legem, quia nec ille nec quisquam habet scientiam legis, aut

talem illius notitiam, ut illa vi talis notitiæ communitatem, aut etiam privatum quemquam obliget.

156. Tertia ejus æquivocatio in eo consistit, quod confuderit peccatum contra legem certam, cum peccato contra legem aut non existentem, aut non obligantem. Manifestum quidem est, hominem, facientem quod iudicat esse prohibitum, verè peccare. Hinc quia ille putat legem prohibere opus, quod facit, hic Theologus ut certum intulit opus illud contrariari illi legi, & idè esse peccatum. Sed hæc est insignis æquivocatio, nam opus illud verè non est contra legem illam, si lex non deur, nec idè est peccatum, quia legem illam violat, sed idè quia contrariatur certissimæ legi reflexæ, quæ tales operationes vetat, sive existat, sive non existat lex existimata. Perperam proinde intulit, hominem iudicantem legem dari, non habere invincibilem ejusdem ignorantiam, nec excusari à violatione talis legis ob dictam ignorantiam, si contra iudicium illud operetur; eò quod tale opus sit peccatum. Perperam, inquam, quia hoc solum probat, opus illud esse violationem alterius legis certæ, ab oppositione eum qua totam suam malitiam desumat, nullatenus autem probat, quod malitiam desumat à contrarietate cum lege affirmata, si illa non existat, aut invincibiliter non affirmetur ea scientia, quæ requiritur ut lex publicè dicatur scita, & vim obligandi exerat.

157. Quarta demum, & maximè consideranda, quamvis Theologo huic non adeo imputanda, æquivocatio est; quod argumentum à me allatum solum intelligatur juxta directam rerum considerationem, cum illud idem longè validius probet intentum, si sumatur in sensu reflexo. Rem explicò: quæritur, an circumstantiæ solum notabiliter aggravantes in eadem specie sint necessarii considerandæ?

Quæstio hæc, directè discussa, est utrimque probabilis, sed pars affirmativa mihi videtur probabilior. Quæritur, an, si reflexam præcisè super hanc directam rerum apparentiam, meritò dicere possimus, legem præcipientem Confessionem talium circumstantiarum invincibiliter ignorari. Respondeo, illam invincibiliter ignorari non solum ab Ecclesiâ, sed etiam à me, qui non obstante majore illa probabilitate mea, rectè concludo, illam ab Ecclesiâ ignorari, apparentiamque meam publicæ huic ignorantie non obstare, neque efficere ut lex illa dici possit à me scita, scientiâ illâ, quæ opponitur ignorantie invincibili legis, seu scientiâ sufficiente, ut illa communitatem obliget, aut obligationem in me deriveret. Et hæcenus quidem in hoc tantum sensu argui contra hunc Theologum, qui alium sensum in argumento meo non latere existimavit.

158. Verùm aliter se res habet: nam præter considerationem legis hoc modo propositæ, quæri potest; an confessio talium circumstantiarum, stante hac directâ incertitudine de existentia legis illam præscribentis, præcepta sit; non obstantibus rationibus reflexis moventibus ad existimandum, quod à tali onere liberemur; talia sunt motiva desumpta à paritate in materia fidei, à non sufficienti legis promulgatione, à titulo possessionis libertati faventis, &c. adeo ut jam quæramus, an lex præcipiens Confessionem talium circumstantiarum etiam in istis circumstantiis reflexis invincibiliter ignoretur. Respondeo, talem legem ignorari prorsus invincibiliter,

Æquivocatio 3. Theologi.

Æquivocatio 4.

Argumentum cum duos sensus habet. Primus sensus.

Secundus illius sensus.

biliter, quia quidquid sit, an probabilitas directæ de lege mihi videatur major, quàm probabilitas opposita, nihilominus loquendo de lege præcipiente Confessionem circumstantiarum merè aggravantium etiam in istis circumstantiis reflexis, probabilius nobis appareat illam non dari, immò absolutè putamus quod non existat. Ergò illa lex invincibiliter ignoratur. Jam argumenta hujus Theologi ne quidem tangunt argumentum, si in hoc sensu intelligatur, in quo certè æquè intelligendum erat ac in sensu directo, quia plura argumenta indirecta jam fuerant proposita, in quæ argumentum hoc æquè reflectit, ac in argumenta directæ.

Argumentum hoc est particularis ratio, & in quo sensu.

159. Cæterum argumentum hoc, ut probationem reflexam peculiarem constituat, alligari debet soli considerationi directæ, quia quaeritur an lex illa, ex iis præcisè, quæ in directæ consideratione occurrunt, verè ignoretur invincibiliter. Respondetur affirmativè, & ex dictis sufficienter probatur. Inde autem sumitur argumentum reflexum, quo intellectus format conscientiam hoc modo. Lex à communitate invincibiliter ignorata non obligat. Hæc lex invincibiliter ignoratur à communitate. Ergò non obligat, ergo non tenor tales circumstantias confiteri. Ergo licitè eas in Confessione omitto.

RATIO DECIMA-QUINTA.

Multa pericula probabilia peccandi formaliter non sunt prohibita.

160. CERTUM est, plura non esse præcepta, sed solùm sub consilio proposita, quibus ommissis, homines peccandi periculo subjacent. Talia sunt religionem ingredi, continuis orationibus & jejniis vacare, quæ si fiant, innumera peccandi pericula præcidentur, quibus mundani subjacent. Nemo tamen tenetur religionem ingredi, ut ista vitet. Undè sequitur, omne periculum, non dico materialiter, sed formaliter peccandi non esse prohibitum; nam qui vocatus à Deo ad religionem, statum sæcularem innumeris negotiis implexum prælegit, eo ipso evidenter conjicit se in probabile periculum sæpius graviter peccandi. Hoc tamen periculum per seriam status religiosi, ad quem à Deo vocatur, exercitationem tolleretur; nemo tamen, ut vitet hoc periculum, religiosum statum arripere tenetur. Hoc posito sic arguo.

161. Si ulla esset ratio, cur Deus præciperet usum opinionis tutioris, aut saltem probabilioris, esset; quia in usu opinionis minus tutæ, & multò magis in usu opinionis minus tutæ minusque probabilis inveniretur periculum, seu dubium peccandi. At in dubiis tutior pars est eligenda, nam qui amat periculum, peribit in illo. Hoc est potissimum adversariorum fundamentum. Invat autem considerare, quale sit hoc periculum. Inprimis est periculum junctum cum probabilitate, quod actio illa non sit ne quidem materialiter mala. Ergo totum periculum est de peccato materiali. Nam directè nullum est periculum peccati formalis, quod utique nunquam separari potest à transgressione præcepti certi. Nam qui operatur in dubio, non ideo peccat, quia violat legem dubiam, sed quia violat legem certam, quæ reflexè prohibet, ne quis in dubio operetur, nisi selectetur pars tutiorem, vel aliquo modo dubium deponat. Ergò totum periculum est, ne sic operans materialiter peccet.

Omne peccatum formale est transgressio legis certæ.

162. Hinc sic arguo. Periculum materialiter violandi legem, quæ per indicia certò probabilia

apparet non dari, non est malum, quòd mereatur prohiberi. Ergò non prohibetur, maximè in casu nostro, quia verisimur in materia juris naturalis, in qua nil prohibetur, nisi quod natura sua malum est, & meretur prohiberi. Consequentiā tenet. Antecedens probatur sic. Majora mala imminet ex eo, quòd quis, ad religionem vocatus, Deum vocantem non sequatur, sed sæcularem statum prælegat, &c. quàm ex usu opinionis minus probabilis minusque tutæ; nam ille amplectitur statum manifestè expositum probabili periculo plurium peccatorum formalium. At hoc est majus malum, & periculum mali majoris, quàm quòd ex usu dictæ opinionis imminet; ex hoc enim solùm imminet periculum transgressionis materialis, cum tamen adsint motiva certò probabilia suadentia, operationem illam non esse ne quidem peccatum materiale. Malum autem hoc est incomparabiliter minus illo. Ergò si malum illud, etsi majus, non mereatur prohiberi, à fortiori hoc minus id non mereatur.

Malum est: tentum in benigna sententia non meretur prohiberi.

163. Confirmatur. Usus opinionis probabilioris contra probabilem tutiorem continet periculum peccati materialis. Hoc tamen periculum non meretur prohiberi lege naturali, quia usus talis opinionis est licitus. Hinc sic arguo: Inconveniens, quòd ex usu opinionis minus probabilis minusque tutæ superadditur malo imminenti ex usu probabilioris, paruum est, & insensibile. Parvum quidem, quia utrumque est in eodem genere, & sæpè unum parum distat ab altero. Insensibile verò; quia vix unquam, aut potius verè nunquam certò discerni potest, quæ sit opinio probabilior. Hoc autem malum junctum inconvenienti priori nullam sensibilem varietatem inducit. Ergò si prior usus sit licitus, iste secundus, ex adjunctione tam parvi incommodi in eodem genere, nequit evadere illicitus. Præterea sive totum inconveniens, sive pars illa, quæ ex usu opinionis minus probabilis superadditur inconvenienti ex usu opinionis probabilioris, comparatur cum periculo imminente ex dicta status electione, manifestè apparebit, hoc periculum esse malum incomparabiliter majus illo inconvenienti. Ergò illud inconveniens multo minus meretur talem prohibitionem. Ergò usus opinionis magis tutæ; aut certè magis probabilis, si sit minus tuta, non cadit sub præceptum, sed ad summum est materia consilii, sicut status religiosus præ statu vitæ secularis non est materia præcepti, sed consilii.

Id ipsum probatur exemplo majoris probabilitatis.

164. Confirmatur secundò. Ideo non datur præceptum aut sequendi consilia, etsi illa sint tutior via ad salutem, aut vitandi periculum peccati connexum cum vita sæculati, quia omnibus consiliis conformari est opus adeo arduum, ut homini fragili difficillimum sit illis se conformare. Ergò si illorum usus esset præceptus, major peccatorum formalium copia jure timeri posset, quàm si non esset præceptus; plurimi enim formaliter peccarent non subdendo se illi statui; plurimi deinde post statum admissum peccarent contra consilia, quæ non tam sponte quàm quodammodo coactè elegissent; atque ita in totâ multitudine hominum tale præceptum; stante humana fragilitate, innumerabilium peccatorum seminarium evaderet. At eadem ratio æquè valet in casu nostro, in quo non est minus difficile in omnibus sequi tutiora aut probabiliora, quàm sequi dicta consilia. Rursus præscindendo à lege reflexa (de qua quaerimus an detur) nullum est periculum.

Id ipsum confirmatur ratione.

periculum nisi peccati materialis ut ostensum est. Ergo hoc periculum non solum non debuit prohiberi, sed debuit non prohiberi, ne ad vitanda aliqua peccata materialia, fragilitas humana in evidens periculum innumera peccata formalia committendi conjiceretur.

OBJECTIONES THEOLOGICI solvuntur.

Obiectio 1. 165. **O**BJICIT primò: Regula illa, *In dubio tutior est pars eligenda*: non est consilium, sed præceptum, quando dubium est, an actio sit prohibita. Datur enim lex certa reflexè prohibens, ne quis se exponat periculo operandi contra legem Dei.

Solvitur obiectio. Respondeo regulam illam, generaliter sumptam, haud dubiè non continere præceptum. Quod si dubium sit, an actio sit prohibita, continet quidem præceptum, si dubium sit proximum & practicum, si verò sit remotum & speculativum, nullum continet præceptum, quia tunc datur fundamentum aliquod reflexum sufficiens ad dubium deponendum. Multa talia fundamenta dantur in casu præfenti, quorum unum in præfenti argumento continetur. Sed de hac regula infra ex professo agendum erit *quæst. 54. & 55.*

Obiectio 2. 166. Objicit secundò. Falsum est, quod hic solum agatur de periculo peccati materialis, qui enim elicit actionem reipsi prohibitam in iis circumstantiis, in quibus habet majus fundamentum ad judicandum esse, quam non esse prohibitam, non solum materialiter transgreditur illam legem, sed etiam formaliter, quia talis transgressio est imputabilis, cum homo possit prudenter judicare rem esse præceptam, & non possit prudenter judicare oppositum; est autem perinde operari cum potentia proximè expedita ad judicandum aliquid esse prohibitum, ac operari cum actuali iudicio de malicia talis actionis.

Ufus probabilium solum offert periculum peccati materialis. Respondeo, præscindendo à lege reflexa, (de qua quæritur hoc loco an detur, & quam non dari probamus) nullum esse periculum nisi peccati materialis. Ratio est clara, quia homo non aliter peccat in hoc casu, si lex existat, quam si non existat, ut patet. At si non existat actio illa, non potest esse peccatum formale per oppositionem cum illa lege directâ, quæ non datur. Ergo neque potest esse peccatum formale respectu legis verè existentis: quia lex illa non aliter applicatur quam lex non existens, ideoque non potest majorem malitiam formalem refundere in actum, quam lex non existens. Et sanè absque dubio ex æquo homo peccat vel non peccat formaliter, si præscindamus à lege reflexa. Ergo si ab eadem præscindamus, non peccat formaliter, quamvis lex directâ verè existat, & ratio est, quia non applicatur sufficienter, ut vim suam exerat. Ergo præscindendo à lege reflexa, nullum datur periculum, in casu nostro, nisi peccati tantum materialis. At hoc stabilito, argumentum nostrum est urgentissimum, ut patet. Porro rationes in objectionem contentæ æquè applicantur operanti contra legem merè apparentem, ac contra veram. Ergo non probant ullam transgressionem formalem aut imputabilem intervenire, si præscindamus à lege reflexa. Ergo ad præfens intentum nil faciunt.

167. Præterea non semper est idem operari

Operari cum potentia judicandi rem esse malam non semper est peccatū.

cum potentia proximè expedita ad judicandum; quod opus sit prohibitum, ac cum actuali iudicio de illius prohibitione, quia sæpè adest potentia proxima ad temerè judicandum aliquid esse illicitum, v. g. Eucharistiam non esse adorandam, ut hæretici nonnulli autumant. Et tamen non est peccatum adorare Eucharistiam, si apparentia illa antecedens contemnatur, ut contemni potest. At est peccatum Eucharistiam adorare, stante illo iudicio. Ergo non ita se habet ad peccandum, qui operatur contra actuali iudicio de præcepto, & qui solum operatur stante potentia proxima ad ita judicandum. Itaque dictum hoc tunc solum verum est, quando apparentia, constituit potentiam proximam prudenter opinandi legem existere, non potest prudenter contemni, nec iudicium ipsum prudenter suspendi; si enim ex motivo prudenti suspendi potest, & ob rationes æquales, aut ferè æquales contemni ut in casu nostro, nulla est paritas inter potentiam judicandi & iudicium actuali in ordine ad malitiam refundendam in actum, quia unum prudenter contemni ac repelli potest, non autem alterum; & sic conscientia & bona fides formari potest in uno casu, & non in altero. Dixi, *ut in casu nostro*, quia falsum est, quod Theologus iste ubique supponit, intellectum non posse prudenter flecti in assensum motivi minus probabilis, quia in sensu diviso iudicii illius comparativi prudenter flecti potest in assensum illius, sed ita ut tunc quod prius apparebat minus probabile, per hoc ipsum iudicium & ultimam ad illud dispositionem probabilius appareat.

168. Porro sive eliciatur iudicium illud incertum, sive non, operatio non evadit imputabilis præscindendo à lege reflexa; sic adoratio Eucharistie, stante illo iudicio erroneo temerè concepto, non est imputabilis ratione legis falsè existimatæ, quia nulla datur lex ejusmodi, cujus contraventio merè ratione illius evadat imputabilis. Ergo tota imputabilitas ratione legis reflexæ. Ergo præscindendo ab illâ nullum est periculum, nisi materialis peccati, quando homo eligit partem minus tutam minusque probabilem. His tamen non obstantibus, sectans partem minus tutam peccat, si pars tutior illi appareat probabilior, nisi per apparentiam directâ vel reflexa contemnat illam apparentiam, formetque conscientiam, quod opus liceat. Sed peccatum illud non esset imputabile, quia legi illi dubiæ, sed quia legi certæ reflexæ non operandi in dubio opponeretur, ut sæpè dictum est. Itaque in casu nostro, si præscindamus à lege reflexa, nullum est periculum nisi peccati materialis.

169. Objicit tertio, nulla est paritas inter electionem status sæcularis, relicto statu religionis ad quem homo vocatur, & electionem partis minus tutæ minusque probabilis, probabiliori ac tutiore relicta. In primo enim casu utraque pars supponitur esse certò honesta. At in secundo adest fundamentum majus ad dicendum, quod obiectum sit malum, quam quod non sit malum. Ergo ex eo quod vita sæcularis honestè ac prudenter præferatur religioni, non sequitur, quod pars minus probabilis minusque tuta prudenter præferri possit parti probabiliori ac tutiori.

Respondeo hæc non tangere argumentum; supponitur quidem electio vitæ sæcularis esse certò licita, sed simul supponitur periculum peccandi, per se cum illo statu annexum, non impedire hanc

Solvitur obiectio.

hanc certitudinem. Inde autem à potiori probo, periculum contentum in usu opinionis minus probabilis minusque tutæ non reddere illum usum illicitum, quia usus ille involvit periculum minoris mali, quàm electio status sæcularis. Et sanè si quis contriverteret, an vocatus ad religionem peccet præeligendo statum sæcularem; non minori fundamento concluderet illud esse malum; quàm usus minus probabilium probetur illicitus. Undè è converso inferimus, quod sicut rationes illæ sunt invalidæ, ita sint & istæ. Itaque argumentum per hanc replicam non solvitur. Immo miror, Theologum hæc objecisse, cum eadem longè efficacius objecta, atque etiam soluta videre potuisset, si non solum ad argumentum meum attendisset, sed solutionem objectionum percurrisset.

Obiectio 4. 170. Obijcit quartò, vel periculum peccandi in electione vitæ sæcularis esse proximum, vel remotum; si proximum, sumus extra casum, tunc enim taliter vocatus, ad vitam religiosam capescendam obligaretur: Si remotum, paritas est nulla, quia periculum peccati in usu opinionis minus probabilis minusque tutæ est proximum, quia periculum elucet in actione hęc & nunc exercendâ.

Solvitur obiectio. Respondeo hæc omnia fusè explicata & soluta esse quæst. illa 23. num. 128. & seq. Jam breviter dico, periculum peccandi in electione status supponi remotum, sed tamen est periculum peccandi formaliter & imputativè. In altero autem casu periculum est solum peccati materialis, quod etiam probabiliter non imminet. At illud periculum est minus isto. Ergò si illud non reddat electionem status malam, nec hoc usum opinionis minus probabilis inficiet. Præterea certum est, periculum proximum peccati materialis separari non posse ab usu opinionis probabilioris, & tamen certum etiam est, tale periculum non inferre obligationem abstinendi à tali opere. Ergò periculum illud proximum in casu præsentis frustra objicitur, cum sit longè minus malum, quàm periculum remotum cum sæculari vita conjunctum. Vide quæst. 23. loco citato. ubi hæc omnia latè explicantur, & unà ostenditur, periculum peccati materialis, quod connectitur cum benigna sententia, non esse minus remotum, quàm peccandi periculum cum statu sæculari connexum.

RATIO DECIMA-SEXTA.

Qui sequitur minus probabilis, prudenter operatur.

171. **O**MNIS doctrina certò probabilis; etiam in contradictione partis oppositæ probabilioris, est doctrina certò prudens. Ergò qui ulli doctrinæ certò probabilis se accommodat, prudenter agit. Ergò certò non peccat; qui enim prudenter operatur, & ideo sic operatur, quia reflexè cognoscit se prudenter agere, procul dubio non peccat. Honoratus Fabri, dialogo de opinione probabili, argumentum hoc modo proponit. Certò scio, opinionem hanc esse probabilem. Ergò certò scio, assensum prudenter illi præstari posse; seu quod in idem recidit, certus sum præsumptionem de absoluta rei veritate esse prudentem. Ergò certus sum, hujus opinionis electionem esse prudentem, & usum licitum, quia certum est electionem & usum cuiusvis opinionis esse licitum, quæ prudenter judicatur aut præsumitur esse vera. Ergò certò judico, me prudenter agere, operando juxta illam opinionem, quia certum est, operationem ter-

minatam ad objectum, fundans prudentem præsumptionem de sui honestate, esse licitam, modò ideo ad illud terminetur, quia objectum illud fundat dictam præsumptionem, aut assensum prudentem; ut sit in casu nostro. Sed illud licitè fit, quod certò judico prudenter & licitè fieri. Ergò certò licitè sequor opinionem minus probabilem minusque tutam.

172. Idipsum honoratus Fabri deducendo ad impossibile confirmat hoc modo. Si fieri possit, vera sit sententia opposita. Ergò non est certum me prudenter agere dum illam sequor. Ergò non est certum me illam prudenter eligere. Ergò non est certum, quod prudens illi assensus præbeat. Ergò non est certum, opinionem illam esse probabilem. Ergò certum est, & non est certum, eandem opinionem esse probabilem, quod est impossibile.

173. Hæc ratio efficax est, eoque Auctores benignæ sententiæ utuntur tanquam valido & irrefragabili argumento, quia fundatur in verâ notione opinionis certò practicè probabilis. Et sanè cum certum sit, talem opinionem esse probabilem, certum est, intellectum ex imperio voluntatis posse prudenter præsumere illam esse veram. Dico præsumere; quia de absoluto judicio circa rei veritatem, omnes non conveniunt, nam aliqui tenent, quod non possit absoluto assensu illi adherere, quod verum est in sensu tantum composito judicii comparativi, dicentis illam esse absolute minus probabilem; ut sæpè dictum est. Sed hoc non obstat, quo minus homo per modum præsumptionis & suppositionis ita se gerat, ac si assensum præbuisset; quia certò scit, assensum fore prudentem, si motivo illi præberetur. Hoc autem est præsumptionem, & suppositionem veritatis pro parte minus tuta esse certò prudentem, & rationabilem. Voluntas enim cum imperando non peccat, sed laudabiliter operatur: stante autem hac præsumptione, aut absoluto judicio de honestate operis, manifestum est; operationem illi conformem esse honestè eligibilem. Hoc autem & non aliud intendimus.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

174. **O**BIJCIT primò Theologus iste. Antecedens procedit de subiecto non supponente, si loquamur de probabilitate extrinsecâ, per denominationem ab intellectu potente probare opinionem aliquam per assensum. Nam opinio, favens libertati in contradictione opinionis oppositæ probabilioris, nequit approbari per assensum, & consequenter non manet probabilis in illo occurfu. Ruit ergo argumentum, cum fundetur in eo; quòd opinio minus probabilis in occurfu contrariæ opinionis, quæ apparet probabilior, sit hoc modo extrinsecè probabilis, ut per assensum approbari possit.

Respondeo in primis, argumentum nostrum æquè procedere de præsumptione, ac de judicio veritatis contentæ in opinione minus probabili. Sed apparentia majoris verisimilitudinis pro una parte non impedit hanc præsumptionem pro parte altera, sive præsumptio ista se teneat solum ex parte intellectûs, sive ex parte voluntatis, aut ex parte utriusque. Ergò apparentia illa non solvit argumentum, nec probat, illud procedere de subiecto non supponente.

175. Respondeo secundò, antecedens esse verissimum, quia loquimur de opinione probabili, in occurfu contradictoriæ, quæ probabilior apparet.

Alia ratio deducens ad impossibile.

Præsumptio prudens æquivaleret judicio prudenti.

Obiectio I.

Solvitur obiectio.

apparet. Ergo opinio illa & est & supponitur esse certò probabilis, etiam in occurru opinionis contrariæ. Ergo supponitur esse, & est doctrina certò prudens, etiam in contradictione opinionis contradictoriæ apparenter probabilioris. Nec obstat, si concedamus, intellectum non posse hic & nunc assensum præbere illi motivo, quia hæc impotentia non oritur à defectu sufficientiæ in motivo, sed solum à iudicio comparativo invidenti, & forsitan falso, quod pro omni instanti suspendi potest. At tale impedimentum conscientiæ formandæ non obstat, sicut aliud impedimentum simile non obstat conscientiæ formandæ de licito usu partis probabilioris, quamvis iudicium directum de illius veritate, stante eo impedimento, formari non possit. Tale impedimentum esset, si quis absolute nollet assentiri parti, quæ ipsi videtur probabilior. Hæc volitio impediret quidem assensum directum de absoluta veritate partis directè probabilioris, non tamen impediret reflexum iudicium, quo homo prudenter diceret, hoc non obstante tale objectum licite poni. Talis enim volitio nil de merito at prudentia motivi directi detraheret; & consequenter non impediret, quo minus conscientia reflexa prudens formaretur. At hic est casus etiam noster. Quia iudicium illud, comparativum & incertum, nil detrahit de merito motivi, quod iudicat esse minus. Ergo cum illud sit prudens in se, etiam in contradictione oppositi, nullatenus impedimur per iudicium illud comparativum, quo minus reflexè prudenter eligamus opinionem minus probabilem, & credamus usum illius esse licitum, quamvis hic & nunc per accidens non possimus formare iudicium directum de illius honestate. Ratio est eadem in utroque casu, quia scilicet huiusmodi impedimenta assensûs directi nullo modo variant discursus reflexos & indirectos, quamdiu non imminuunt dignitatem ac meritum motivorum, quibus accedunt. Hinc enim fit, ut per discursum reflexum eodem modo conscientiam formare possimus, sicut potuissemus si illa impedimenta abfuisent. At si abfuisent, potuissemus ex reflexa consideratione formare conscientiam, circa licitam electionem, & usum certò prudentem partis minus tutæ, præcendendo ab eo, quod sit vel non sit probabilior. Ergo idem pariter possumus, non obstante dicta comparatione.

Impedimentum iudicii directi coniungi potest cum iudicio indirecto de honestate operis.

Argumentum nostrum clarius explicatur.

176. Et sanè, cum hoc loco instituamus argumentum reflexum, in sola notione certæ probabiliter fundatum, idque independentè ab assensu directo ulli parti dato, miror Theologum istum id non vidisse, sed confudisse impedimentum assensûs directi, cum impedimento assensûs reflexi, cum tamen impedimentum primi non sit impedimentum secundi, ut evidens est in praxi eorum, qui benignæ sententiæ subscribunt, & ex vi illius bonæ fide ad operandum procedunt: & sanè si vis & progressus argumenti inspicatur, clarè apparebit, in eo solum nos insistere, quod quævis pars certò probabilis, reflexè cognita ut talis, eligi possit, & credi licita, quia nititur motivo certò prudenti, & quia conformatur doctrinæ certò prudenti, sive illa vi considerationis directæ actu credatur licita, sive non. Sicut enim cognoscere possum aliquam doctrinam esse certò prudentem, quamvis actu non credam illam esse veram, sic reflexè scire possum, ejus usum esse licitum, quia est conformis doctrinæ prudenti, quamvis nullum eliciatur iudicium directum de illius veritate. Hic est ca-

sus noster. In hoc ergo æquivocavit Theologus iste, quod confuderit iudicium reflexum cum directo; & quia videbat comparationem illam esse impedimentum iudicii directi de absoluta honestate rei, putavit nullum iudicium, ne quidem reflexum, de licito illius usu formari posse, sed in hoc erravit. Hæc qui perspexerit, videbit argumentum validissimum esse, & ab hoc Theologo, non solum non expugnari, sed vix aut ne vix quidem impugnari.

177. Respondeo tertio, loquendo etiam in sensu directo, iudicium illud comparativum simpliciter loquendo non obstat, quo minus intellectus in eodem instanti flexi possit in assensum prudentem de honestate partis minus probabilis; quamvis enim tale iudicium elici non possit in sensu composito talis comparationis, si illa sit absoluta totius apparentiæ directæ comparatio, in sensu tamen diviso talis comparationis, qui sensus divisus est in nostrâ potestate, dicitur iudicium elici potest, ut fusè ostensum est *quæst. 9. & 10. de conscientia probabilis*. Itaque antecedens argumenti, ne quidem in sensu huius Theologi, est de subiecto non supponente, sed rectè subsistit, omnesque consequentiæ, ex illo deductæ, veritatem à nobis intentam manifestant.

178. Objicit secundo, si probabilitas sumatur pro verisimilitudine opinionis ex vi motivi, cui nititur, antecedens argumenti absolute negatur. Nam ex eo quod opinio sit certò probabilis, solum sequitur, quod possit aliquando approbari per prudentem assensum, & in praxi deduci, nempe quando operanti apparet verisimilior oppositâ; ac proinde solum sequitur, quod sit prudens respectu intellectûs, cui proponitur, ut verisimilior oppositâ. Non autem sequitur, quod sit certò prudens in omni rerum occurru; etiam quando opposita apparet verisimilior; tunc enim non tset prudentia, sed ingens temeritas secundum eam opinionem minus tutam minusque probabilem operari. Ut latè ostensum est, multis in locis.

Respondeo, multa hic dici, sed nil eorum probari. Dico ergo, antecedens esse verum, etiam in sensu hic expresso. Nam opinio, de qua loquimur, supponitur apparere certò probabilis etiam illi, qui iudicat illam esse directè minus probabilem; qui proinde potest non solum indirectè ex vi argumenti allati illam per prudentem assensum approbare, sed etiam per assensum directum; in sensu diviso iudicii comparativi, ut dictum est. Jam verò usus talis opinionis ex reflexâ consideratione prudentissimè iudicatur licitus, quia hoc non solum apparet probabilis oppositò, sed absolute iudicio verum creditur. Quod si sistamus in sola probabilitate directæ, iudicium elicium ob motivum creditum minus, in sensu diviso talis comparationis, nullam temeritatem includeret, sed esset iudicium simpliciter prudens, quamvis in infimo prudentis iudicii gradu consisteret, ut sæpius innotatum est, & videri potest *quæst. 10. de conscientia probabilis*. ubi hoc ipsum ex professo probatum invenies.

179. Ex dictis Lector facile advertet, argumentum, hoc loco à nobis allatum, fundari in mera reflexione super probabilitatem directam utriusque partis, hac enim duntaxat ratione est peculiare argumentum, ab aliis omnibus distinctum; nam si, præter probabilitatem directam, reflexeremus super alios titulos reflexos, v. g. titulum possessionis, legis non sufficienter promulgatæ, &c. inveniremus majorem probabilitatem

Alia solutio.

Objectio 2.

Solvitur objectio.

Sensus nostri argumenti reflexi ulterius explicatur.

RATIO DECIMA-SEPTIMA.

tatem reflexam non præcisè ex notione probabilis, sed ex aliis capitibus, ut patet. At hoc loco ex mera contemplatione probabilitatis directæ argumentum formamus, per quod reflexè probamus, & ut probabilis, ac ut absolute verum inferimus, quod usus opinionis directè minus probabilis minusque tutæ sit licitus. Sed in hoc argumento omnino præcindimus ab eo, quod intellectus ex vi rationum directè probantium formet assensum de veritate rei secundum se, quia ex hac consideratione aliud peculiare argumentum supra deducum est. Jam ergo consideramus ipsam naturam opinionis probabilis, conferimus inter se motiva utrique parti faventia, & inspicimus quomodo se habeant ad invicem, & quanta sit vis & meritum unius in alterius contradictione; & quia scimus etiam illud, quod directè repræsentatur ut minus, esse verè magnum & prudens, ac ex se dignum assensu, etiam in contradictione oppositi, quod majus creditur, ideo scimus doctrinam illam esse simpliciter prudentem, & dignam assensu nostro directo, quamvis assensus ille directus hic & nunc per accidens non eliciatur, aut etiam propter iudicium illud comparativum elici non possit, nisi in sensu diviso illius. Quare præcindendo ab omni iudicio directo, & ab omni ejus impedimento, consideramus quid prudenter eligi, ac cui doctrinæ possumus nos in praxi prudenter accommodare. In hoc sensu argumentum procedit, & validè probat intentum. Argumento autem in hoc sensu sumpto objectiones hujus Theologi non contradicunt, nam ille totam vim in eo ponit, quod assensus directus de veritate partis minus probabilis, quæ per accidens tantum impeditur, elici non possit. Verùm hoc hic non queritur, sed solum an illo iudicio non elicitò, adhuc possumus reflexè concludere, usum partis minus probabilis esse licitum. Hæc paulò subtiliora sunt, & ideo explicari debuerunt, ut soliditas argumenti nostri, & insufficientia objectionum in contrarium omnibus clariùs pateret.

181. **A**UCTORITAS favens benignæ sententiæ est incomparabiliter major, quàm quæ favet sententiæ rigida. Auctoritas hæc ad duo capita reducit. Primum sumitur ab exemplis, & doctrina summorum Pontificum, qui utraque via veritatem illius satis apertè declararunt. Plura illorum exempla habes expressa in *quæst. 22. de conscientia prob. à num. 185.* ubi praxim illorum circa probabilium usum fusè declaratam invenies. De doctrina verò illorum infra *quæst. 8.* ex protestò agetur, ubi ostendam, sententiam benignam ab eis pro regula conscientia satis expressè fuisse traditam. Alterum à multitudine ac qualitate Doctorum illam tradentium desumitur. Certissimè enim constat, omnes Ecclesiæ Doctores, numero plurimos, doctrinà præstantissimos, per integrum sæculum illam in expressis terminis tenuisse, atque, post rem à fundamento examinatam, in eandem sententiam unanimi concordia ivisse. Verùm ab ortu Jansenismi res hæc, ob illorum clamores, novæ discussioni subjecta fuit, factumque est, ut pauci aliqui Theologi Catholici negaverint, usum opinionis minus probabilis esse licitum, verùm hi pauci sunt numero, & inter se plurimum divisi, nemo enim cum alio in re ipsa consentit, & vix quisquam illorum est, qui benignam sententiam in sensu legitimo, & ab ejus Auctoribus intento impugnavit. Hæc omnia fusè demonstrata sunt *quæst. 22. de conscientia prob. per totam, ubi nu. 210.* Hoc argumentum formo. In omni tribuni quoties pro una parte sunt decem aut plures testes omni exceptione majores, contra unum pro parte opposita, eumque non majoris, sed potius minoris existimationis, quàm quivis priorum, toties quod à decem illis affirmatur, habet plenam probationem, & est humano modo moraliter certum, & evidentissimè confirmatur motivo, quod non solum plerumque verum dicit, sed rarissimè fallit, ideoque præbet regulam judicandi moraliter certam. At hic est casus noster. Evidens enim est ex dictis *tota illa quæst. 22.* quod ad minimum decem stent pro benigna sententia, contra unum pro opposita, illique non minoris, sed potius majoris doctrinæ ac probitatis laude conspicui. Undè evidenter sequitur, benignam sententiam, auctoritate inspecta, non solum esse multo probabiliorē opposita, sed humano modo moraliter certam. Ratio est, quia si auctoritas tantum spectetur, præsumendum est, plures hosce, omni exceptione majores, verum dicere præ illis pauculis. Ad quod confirmandum multum facit quod traditur in *Codice Theodosiano titulo de responsis.* Ubi hæc habentur. *Vbi diverse sententia proferuntur, potius vincit numerus Doctorum; vel si numerus æqualis sit, ejus partis præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus eminet, qui ut singulos vicit, ita cedit duobus.* Hoc ipsum traditur *distinct. 19. cap. in canonicis.* Quod desumptum est ex August. *lib. 2. de doctrina Christiana cap. 8.* Hic excessus probabilitatis fundat quandam moralem certitudinem, quia fundat tam firmam persuasionem de veritate rei, ut in rebus humanis absque ulteriori investigatione contenti esse soleamus, uti fit, quando auctoritas testium pro una parte longè excedit auctoritatem testium pro parte opposita. Atque hinc est, quod omnes, qui rationes discutere nequeunt, sed sola auctoritate gubernantur, respicere debeant benignam sententiam.

Benignam auctoritate inspecta, est moraliter certa.

Probatur paritate iudicii in foro externo.

Idem argumentum exemplo exponitur.

180. Sed ut hæc omnia clariùs adhuc, etiam minus subtilibus, innotescant, rem totam in exemplo repræsentare volo. Quæstio sit, an reipsè, & in praxi absolute teneat constiteri circumstantias purè aggravantes in eadem specie? Suppono, opinionem affirmantem hanc obligationem mihi videri probabiliorē; queritur utrùm, hac apparentia non obstante, prudenter affirmare possim, me absolute non teneri ad illas confitendas. Respondeo me posse id prudenter affirmare, idque præcisè ex probabilitate opinionis contrariæ mihi perceptâ. Ratio est, quia scio opinionem illam esse certò prudentem, etiam mihi, non obstante comparatione illa, qua mihi videtur minus prudens; quia quamvis non possim illi hic & nunc assentiri, id non oritur ex defectu meriti in motivo, sed ob comparationem incertam, quam sine necessitate interpono. Undè infero, me, non obstante tali comparatione, posse doctrinæ huic certò prudenti, à S. Thoma aliisque innumeris traditæ, practicè me accommodare, illamque prudenter eligere pro praxi, quia doctrina illa secundum se sana est & prudens, quamvis, ut dixi, ob peculiare impedimentum accidentale hic & nunc nequeam directè affirmare, quod usus ille non sit prohibitus. Quare omisso iudicio directo, reflexà viâ incedo, & ex ipsâ naturâ probabilitatis illi faventis reflexè infero, usum illius esse licitum, doctrinamque illam prudenter eligi etiam à me, ut illam in praxi sequar.

R. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.

E

sentiam,

tentiam, non solum ut longè probabiliorem, sed etiam ut humano modo moraliter certam, ex quo reflexè certificantur, se prudenter sequi illam in praxi; evidens enim est, quod qui advertenter conformatur se auctoritati gravissimæ, quæ omnem auctoritatem in contrarium superat, prudenter operetur. Ergo omnes tales, qui sequuntur benignam sententiam, reflexè certificantur, se eam sectando licitè operari. Qui vim hujus argumenti latius deductam videre cupit, legat *quæst. 22. de conscientia prob.* quæ tota in eo vertitur, ut extrinsecam benignæ sententiæ probabilitatem exponat, eamque cum auctoritate sententiæ rigidæ componat. Ibi enim omnia hæc dicta fuscè deducta, & clarè demonstrata inveniet.

182. Rationem hanc Theologus iste non tetigit, nisi indirectè tantum in quadam objectione superius posita. Verum quidquid in contrarium dici potest, nullus est ponderis, cum res hæc ex factò omnibus evidenti, nempe ex numero & qualitate Auctorum utriusque sententiæ patrocinantium, dependeat. Hoc autem citra ambages evidenter noscitur, ideoque nulla esse potest difficultas circa quæstionem præsentem, cum evidens sit incomparabiliter plures, eosque etiam majoris doctrinæ famâ celebres, pro benigna sententia stare quam pro rigida, pro qua verè admodum pauci reperiuntur. Et sanè excessus hujus Auctoritatis tantus est, ut nemo adversariorum propter illius resistentiã non possit non meritò formidare de veritate suæ opinionis, illamque prudenter in praxi relinquere, atque alienæ auctoritati tantopere prævalenti se accommodare. Sic enim rectius facerent, & ad consilium illud, *Ne inanis prudentiæ tuæ, opere implendum, prudentius sese accommodarent, quam propriæ opinioni nimis inhærendo, suamque sententiam ac auctoritatem omnibus præferendo, nunc faciant.*

RATIO DECIMA-OCTAVA.

Omne directè probabile practice est absolute probabile oppositum.

183. LICITUM est sequi opinionem probabiliorem, minus probabili minusque tutam relicta. Ergo licitum est sequi opinionem directè minus probabilem, tutiore ac directè probabiliore relicta. Antecedens *quæst. 19. & 20. de conscientia prob.* atque hic *Affert. 1.* latè demonstratum est. Consequentia sic demonstratur. Reflexè probabilius est, quod liceat sequi opinionem directè minus probabilem minusque tutam, tutiore ac directè probabiliore relicta. Hoc perspicuum est, tum ex auctoritate, tum ex rationibus utriusque parti faventibus, si invicem comparantur. Ex auctoritate quidem, ut constat ex ratione proximè allata, & iis, quæ in illa citantur. Ex rationibus verò, ut patet ex argumentis hæc allatis. Quorum nonnulla tam clarè evincunt intentum, ut non sit opus quidquam in contrarium examinare. Reliqua verò multum prævalent fundamentis adversariorum, ut patet, tum ex dictis contra hunc Theologum, tum ex tractatu de *conscientia probabili*, ubi argumenta eorum non solum exactissimè examinata & soluta invenies, sed eadem nobis favere, nostramque sententiam maxima ex parte stabilire miraberis. Sed in hoc opere id ipsum contra Celladeum ejusque argumenta efficacissimè stabilitur. Undè sic arguo.

Qui rationibus & auctoritate benignæ sententiæ convictus, illi subscribit, formet hoc judicium. *Probabilis est, usum opinionis directè minus*

probabilis minusque, tute, omnibus pensatis, esse licitum, quamvis opposita sit tutior, ac directè probabilior. Sed hæc opinio directè discurrendo est practice probabilis, quamvis opposita tutior directè videatur probabilior. Ergo, omnibus pensatis, probabilis est ejus usum esse licitum. Ergo ejus usum licitus est, quia certum est, usum opinionis absolute probabiliore esse licitum. Major nobis est perspicua, cum illi, post omnem industriam, rationibus & auctoritatibus longè prævalentibus convicti, assensum præbecimus. Et sanè talis est major, ut nemo meo judicio possit eam non approbare, qui rationes & auctoritates utriusque parti faventes absque animi passione considerat. Minor supponitur certa & evidens. Consequentia omnes legitime deducuntur. Et sanè per hoc argumentum reflexum veritas assertionis posita non solum probatur utcumque, sed certò demonstratur, quidquid aliqui in contrarium contendant, qui immeritò carpunt Caramuelem, quod in analogem utatur hoc argumento tanquam demonstratione. Caramuel enim in hoc verum dixit, ut mox clarius patebit.

184. Hoc argumentum ego iterum sic propono. Intellectus absolute assentiri potest omni motivo prævalenti & probabiliore. Ergo cum probabilis sit, usum opinionis directè minus probabilis minusque tute esse licitum, Intellectus potest absolute assensu, eoque evidenter probabili ac prudenti, affirmare hanc veritatem: *Licitum est, sequi quamvis opinionem certò probabilem practice, quamvis sit minus tuta, & videatur directè minus probabile.* Stante hoc judicio, subsumitur hæc minor. *Sed hæc opinio est certò probabile practice.* Undè inferitur. *Ergo licitum est hanc sequi, quamvis sit minus tuta, & videatur esse directè minus probabile.* Stante hac conclusione particulari, immo stante sola illa majori universali, omnis conscientia de turpitudine hujus electionis excluditur; nam judicium dictans rem hanc omnibus consideratis esse illicitam, non potest conjungi cum dictis propositionibus, quia sunt enunciationes sibi contradicentes. Ergo tale judicium certò honestat electionem hujus opinionis directè minus probabilis, quia certò prudenter excludit conscientiam peccati, adeoque reddit peccatum impossibile in sensu composito talis judicii.

Rursus ex illa conclusione particulari per primum principium synderesis formatur hic Syllogismus reflexus. *Licet facere quidquid, omnibus pensatis, prudenter judico esse licitum. Sed ego omnibus pensatis certò prudenter judico licitum esse sequi hanc opinionem, etsi directè minus probabilem, minusque tutam.* Ergo licet eam sequi. Hæc conclusio evidens est, quia legitime deducitur à præmissis evidentibus. Itaque in ordine ad intentum præsens perinde est, sive intellectus absolute judicet opinionem minus probabilem esse veram, sive certò judicet eam esse probabilem, nam eadem paulatim inferuntur per istas præmissas reflexas, quæ inferri potuissent per judicium absolutum directum, si illud elicium fuisset. Stat ergo assertionem esse veram, quia ejus veritas per hos discursus reflexos absolute demonstratur.

185. Præterea sic pergo. Omnis regula practica pro dirigenda conscientia prudenter eligitur quando est evidens, immò quando probabilius est, rationes & auctoritates, suadentes ejus veritatem, esse potiores illis, quæ afferuntur in oppositum. Ratio est, quia tunc possum certò prudenter judicare illam regulam esse absolute veram.

Universali-
ter licet se-
qui omnem
opinionem
practice
probabilem.

Regula pra-
ctica eligi-
tur quando
absolute
creditur ve-
ra.

vcrum.

versum. Hujusmodi enim regula non aliter eliguntur & admittuntur, quam per iudicium, quo absolute existimantur vera; eo ipso enim, quod certo prudenter affirmantur esse vera, ita ununtur animo, ut voluntas, amplectendo objectum ab ipsis propositum, laudabiliter operetur, quia conformatur opus regulae practicae certo prudenti. Jam quaeritur an haec regula, usus omni opinionis certo practice probabilis est licitus, prudenter eligi possit? Afferro posse, quia illa propositio ad minimum est evidenter probabilis, & quoad nos post omnem industriam manifeste probabilior opposita. Ergo prudenter illi assentimur. At per hoc, quod illa propositio objectiva affirmetur, evadit regula practice directiva voluntatis, quia repraesentat objectum ut licitum, prudentique assensu unit honestatem objecti cum mente, quod est regulare voluntatem in actu primo, ut patet. Ergo ea ratione admittitur ut regula, qua iudicatur vera. Sed certo prudenter iudicatur vera. Ergo certo prudenter eligitur in regulam. At postea quod hoc modo eligatur in regulam, absque dubio ad conscientiae securitatem sufficit. Ergo certum est, quod liceat sequi quamcumque opinionem certo probabilem practice, quod in idem recidit, quod quaeris opinio certo probabilis practice, sit regula objectiva sufficiens ad conscientiam debite formandam, quia omnis ejusmodi opinio, etiam quae apparet minus probabilis opposita, tot & tam validis argumentis reflexis, tantaque auctoritate roboratur, ut honestas rei, de qua loquitur, omnibus inspectis, sit longe probabilior, quam ejusdem inhonestas, & quod plus est absolute prudentique iudicio credatur vera. Hinc enim habemus, quod tam certum sit, posse nos, omnibus inspectis, licite sectari partem etiam directe minus probabilem, quam certum est, ulum opinionis directe probabilioris esse licitum. At hoc certum est ex dictis, ergo & illud.

SOLVITUR REPLICAE
Theologi.

Obiectio
Theologi.

186. **R**EPONIT hoc modo. Hoc fundamentum, cui Caramuel maximè fidei, supra late discussum & enervatum est. Porro ex dictis in probatione nostrae sententiae, & ex solida perspicuitate, qua omnia adversariorum fundamenta diluimus, luce meridianâ clariùs constat, omnino gratis dictum esse, opinionem de usu licito opinionis minus tutae in occurru probabilioris ac tutioris esse evidenter probabilioris opposita, quam hucusque propugnavi, cum potius clarissimè constet, nostram sententiam eis fundamentis niti, quae rem videantur convincere, & quae difficillimam solutionem habent. Et sanè vix ullam in controversiis Theologicis sententiam solidius ac nervosius comprobata video, quam praesentem hanc, quod scilicet usus opinionis minus tutae in occurru sententiae tutioris ac probabilioris non sit licitus. Haec & non alia sunt, quae Theologus iste contra hanc ultimam rationem objecti, sicut quae antea proposui, contra alia argumenta objecerat; nisi enim omisi, sed omnia ferè ad verbum ex illo proposui, ne quid omitteretur in re tanti momenti, sed omnia plenè discuterentur.

Responsio
ad obiectio-
nem.

187. Respondeo. Argumentum, à nobis allatum, planè rem convincere, eandemque in principiis istius Theologi prorsus demonstrare. In hoc enim ipsius doctrina consistit, quod uni-
R. P. A. Terris Regula morum. PARS I.

cuique liceat sequi opinionem verè minus probabilem, si ipsi appareat probabilior. At sententia benigna post omnem industriam, omniumque hinc inde considerationem nobis probabilior videtur, & quod plus est absolute creditur esse vera. Ergo ex doctrina istius Theologi prudenter illi assentimur; eamque in praxi licite sequimur. Idem dicendum de iis, qui nobiscum sentiunt; seque per illam opinionem regulant, si, nobis credentes, eandem probabili iudicio veram reputant. At hoc est torum, quod intendimus; aliud enim non docemus, quam talem usum esse licitum, eo quod sciamus hoc esse certo probabile, atque id ipsum longè probabilius appareat, quam oppositum; unde inferimus, iudicium de licito talium usu esse certo prudens & probabile iis omnibus, qui rationibus & auctoritatibus nobis faventibus convicti, benignae sententiae subscribunt. Inde autem progredimur ulterius, & dicimus, opus tali iudicio regulatum esse licitum, quia est conforme iudicio certo prudenti. Haec omnia evidenter vera sunt ex principiis huius Theologi, qui proinde non potest non ista admittere. Ergo admittit totum quod cupimus atque docemus. Si enim tam nobis, quam iis, qui nobis fidunt, licitum sit sequi quamcumque opinionem practice probabilem, contenti sumus & habemus intentum. Verum hoc nullibi impugnavit, nec impugnare potest. Ergo non impugnavit benignam sententiam in sensu praecipuo ac finali à nobis intento. Solum autem circa materiale à nobis dissentit, quatenus praetendit objectum illud, reflexè consideratum, non esse dignum assensu. At nos illud invenimus assensu dignissimum, illudque absolute approbamus, quod ipse rejicit. Haec autem illius consideratio contra intentum nostrum nil facit, ut patet; quia sicut in aliis quaestionibus controversis unusquisque per ipsum licite sequitur opinionem, quae ipsi probabilior apparet, quamvis alii eam improbent, & ut minus probabilem rejiciant; ita pariter in casu nostro evenit, nos enim, non obstante illius impugnatione, non minus tuti sumus, quam si eam non impugnasset. Immo; ut dixi, directe nostram sententiam non impugnat, sed solum indirectè; nec aliud suo conatu efficere potest, quam aliquos fortasse ad suam sententiam allicere, eosque ab assensu benignae sententiae praestando retrahere, atque ita efficere, ut ipsis tandem non liceat uti benignam sententiam, quamdiu falsam reputant. Verum hoc non probat non esse licitum sequi illam sententiam, sed solum quod illis eam sequi non liceat, qui illam falsam reputant. At nos hoc non negamus, sed solum dicimus, licitum esse sequi illam, si illa ex probabili ac praevaletenti motivo credatur vera. Hoc ille non expugnavit, sed ne impugnavit quidem. Ergo non impugnavit benignam sententiam in vero ac legitimo sensu, in quo asseritur esse regula. Idem dico de aliis, & de ipso etiam Celladeo, qui in hoc sensu benignam sententiam non impugnat, cum hoc unice faciendum fuisset, si rem à se intentam conficere voluisset.

Qui sequitur benignam sententiam tuti sunt ex sententia huius Theologi.

188. Hinc necesse est, omnia, quae Theologus iste contra Caramuelem, in hoc argumento reflexo fundatum, objecit, nullius esse roboris, ad probandum usum benignae sententiae non esse licitum illis, qui eam non solum ut probabilioris, sed etiam ut absolute veram habent. At Caramuel aliud non intendit; neque enim vult omnes per eam tutos esse, etiam eos, qui eam

Obiecta
contra Caramuelem
nullius sunt
momenti.

falsam credunt. Ergo Theologus iste nil momenti in ordine ad finem præsentis controversiæ objecit, nec solvit argumentum, quod est infolubile, nisi neget usum opinionis probabilis propria esse licitum, quem tamen expressè asserit omnibus esse permissum.

Theologus iste nec clarè, nec solidè respondet argumentis.

Argumenta ipsius sunt debilia.

189. Sed quid dicemus de solutione, quam argumentis hic allatis reposuit? Ille quidem dicit, se solidè & perspicuè ea solvisse, sed ego è contrario invenio, illum nec solidum nec clarum responsum adhibuisse; nam ubique fermè æquivocatione deceptus fuit, nec vim argumenti percepit. In aliis à veritate aberravit. Argumenta autem, quibus niti videtur, alia non sunt, quàm quod in dubiis tutior pars sit tenenda, quodque nemo, ne quidem physicè, & multò minus prudenter assentiri possit opinioni minus probabilis in occurso contradictoriæ, quæ verisimilior apparet. At hæc fundamenta vix tangunt præsentem quæstionem, nam regula illa intelligitur de dubio practico, quod in casu nostro non invenitur, quia absolutè credimus usum minus probabilem esse licitum. Deinde impossibilitas illa assentiendi parti minus probabilis non habet locum in consideratione reflexa, ut patet. At nos hoc loco solum loquimur juxta considerationem reflexam. Rursus in consideratione directa, talis impossibilitas simpliciter non datur, quia in sensu diviso judicii comparativi, qui sensus divisus possibilis est, assensus prudens dari potest parti minus probabilis, ut diximus. Ergo illius fundamenta sunt verè debilia, & vix tangunt præsentem quæstionem.

Benigna sententia est certò probabilior opinione rigida.

190. Unde infero, nos non gratis, sed ex manifestâ rationum prævalentiâ dicere, benignam sententiam esse evidentè probabiliorem oppositâ. Certè rationes & auctoritates pro nostrâ sententiâ ita prævalent, ut oppositæ vix habeant quod ad probabilitatem requirunt; nec dubium, quin nobis major ista probabilitas sit manifesta. Verùm quia hæc apparentia fortassè consequitur ad assensum opinioni benignæ præstitum, & non omnino antecedit omnem affectum & assensum uni parti impensum, ideo non dico, oppositam opinionem in omni casu esse improbabilem, sed dico eam in minimo probabilitatis gradu consistere, si comparatur cum sententiâ benignâ, quæ haud dubiè est longè probabilissima. Quòd si rigida sententia sumatur universaliter, non possum admittere illam ad probabilitatem pervenire, quia subditus in materiâ obedientiæ, atque etiam possessor bonæ fidei in materiâ justitiæ, haud dubiè licitè sequuntur opinionem æquè aut minus probabilem, contra oppositam probabiliorem ac tutiorem, quod tantâ vi probatur, ut ad moralem certitudinem pertingat, ideoque oppositum non est probabile. In aliis verò materiis, ut dixi, probabilitatem aliquam contrariæ sententiæ non nego; sed dico eam esse prorsus exiguam, si cum benignâ sententiâ comparatur. Nec obstat, quòd Theologus iste exceptionem luce meridianâ, ut ait, clariorem ponat contra excessum probabilitatis pro benignâ sententiâ, simulque dicat, clarissimam esse prævalentiâ argumentorum suorum: non obstat, inquam, quia ex illorum fundamentorum debilitate, faciliq; solutione, atque ex infirmitate responsonum ad argumenta nostra, satis constat, totam illam præsentem apparentiæ claritatem non in rebus ipsis fundamentum habere, sed solum consequi ad opinionem jam stabilitam, & vehementem affectum erga opinionem conceptam. At talis apparentia nul-

lius momenti faciendâ est, quia reperitur vel maximè in iis, qui ex vehemènti passione temerè judicant. Quare è contrâ concludo, benignam sententiam tantâ veritatis apparentiâ probari, ut in rebus controversis nulla sit in universâ Theologiâ, quæ validioribus argumentis stabilatur. His contra Theologum istum, ejusque objectionem dictis, nonnulla corollaria ponam, quibus totam doctrinam nostram, jam probatam, in paucas lineas colligam, & uno quasi obtutu conspiciendam proponam.

COROLLARIUM PRIMUM.

NOS, qui docemus, licitum esse sequi opinionem directè minus probabilem, reipsâ docemus, nulli licitum esse sequi, nisi quod & nos judicamus, & scimus esse probabilius, & quod ipsi operanti probabilis est, & apparet.

191. Ratio est, quia objectum, directè minus probabile, reflexè consideramus, atque novis argumentis convicti, asserimus, illud objectum, si consideretur in ordine ad circumstantias indirectè & reflexè cognitâs, esse absolutè licitum, ejusque honestatem esse longè probabiliorem ejusdem inhonestate. Idem dicimus de omnibus, qui illam sequuntur; nisi enim benignæ sententiæ subscribant, illamque veram habeant, atque ita demum bonâ fide existiment objectum, in quod feruntur, esse absolutè licitum, peccant si partem minus tutam se sententur. Immo quod plus est, nemo ex animi sententiâ unquam docuit, aut potest veraciter docere, quidquam licitum esse, cujus honestatem absolutè putat esse minus probabilem ejusdem inhonestate. Patet hoc, quia suam cuique opinionem probabilis est, quàm oppositum. Ergo si erodat aliquid esse licitum, utique existimat illud esse probabilius quàm oppositum. Unde detegitur æquivocatio eorum, qui putant nos docere licitum esse sequi absolutè minus probabilia, quod tamen lumini naturæ repugnare videtur, quia repugnat conscientiam & bonam fidem formari de re, quam absolutè putamus minus probabilem. Verùm hallucinantur, quia non distinguunt probabilitatem directam à reflexâ, & confundunt motiva directâ cum reflexis. Quòd si hæc distinguerent, clarè viderent, illa esse absolutè probabiliora, quæ directè considerata sunt, & habentur minus probabilia.

COROLLARIUM II.

OMNIS opinio practicè probabilis, etiam æquè aut minus probabilis directè quàm opposita, reflexè considerata, est regula objectiva remota sufficiens ad conscientiam debitè formandam.

192. Hæc propositio est ipsa assertio secunda, quam hæcenus probavimus, sed eam inter corollaria pono, ut omnia, ad substantiam nostræ sententiæ spectantia, sub unum quasi obtutum præ oculis habeantur. Probatur. Omne objectum, quod seriò & diligenter consideratum ducit nos in assensum probabilem & prudentem de honestate illius rei, est regula objectiva remota sufficiens ad conscientiam debitè formandam, quippe quæ per talem assensum debitè formatur, ut patet. At omnis opinio certò practicè probabilis, etiam quæ directè minus probabilis est, est objectum, quod seriò & diligenter consideratum ducit nos in assensum prudentem & probabilem

Qui dicunt licita esse minus probabilia, re ipsa docent non licete nisi probabiliora.

Omnis opinio certò probabilis practicè est sufficiens regula objectiva remota conscientiæ.

babilem de honestate illius rei, ut manifestum est ex dictis. Ergo omnis ejusmodi opinio est regula objectiva remota sufficiens ad conscientiam debitè formandam. Dicitur autem regula objectiva remota, quia est objectum sufficienter manifestativum regulæ objectivæ præcipuæ, quæ est voluntas Dei permittentis usum talis rei.

COROLLARIUM III.

VNIVERSALITER licitum est sequi quamcumque opinionem certè probabilem practicè, etsi sit minus tuta, & habeatur directè minus probabilis opinione contrariâ. Hæc etiam propositio coincidit cum corollario superiore, & est ipsa assertio secunda, quam hæcenus probavimus. Ex rationibus autem & auctoritatibus prævalentibus ostendimus, illam esse verissimam. Cæterum hæc etiam propositionem ideo inter corollaria posui, ut Lector simul habeat omnia ante oculos, quæ ad præsentem controversiam pertinent.

COROLLARIUM IV.

ET si argumenta, ad licitum minus probabilem usum comprobandum hæcenus allata, etsi solum probabilia sufficienti ad demonstrandum usum minus probabilem esse licitum.

193. Demonstratur. Probabilitas horum motivorum sufficit, ut absque temeritate, post diligens examen, certè prudenter & probabiliter illis assensum præbeamus, ut constat ex dictis. Hic assensus est regula conscientia, quia est iudicium dictans quid sit licitum. Est autem assensus evidenter rationalis ac prudens, qui proinde prudenter, & absque temeritate admititur. Est ergo regula conscientia evidenter rationalis ac prudens. Ergo certum est ex primâ assertionem, quod sit sufficiens regula conscientia ad licitè operandum. Certum, inquam, quia prima assertio non utnunquam probata, sed ad minimum moraliter demonstrata est. Ergo demonstratum est, quod qui bonâ fide sequitur sententiam benignam, non peccet. Ecce ex eo quod argumenta allata probabiliter convincant, usum probabilem esse licitum, quodque quis benignæ sententia ex vi motivorum allatorum assensum præbeat, seu, quod idem est, illam in regulam suæ conscientia admittat, certum est, quod eam sectando non peccet. Quod si aliquis illa motiva improbet, & oppositam opinionem rigidam veram habeat, ille non poterit uti benignâ sententiâ, ne contra conscientiam agat. Itaque quod nos asserimus, solum extenditur ad eos, qui benignæ sententia rationaliter & sine temeritate subscribunt.

194. Rursum corollarium hoc iterum demonstratur ex doctrinâ S. Thomæ *quæst. 17. de veritate, art. 3. ad 4.* ubi hæc habet. *Tunc conscientia erronea non sufficit ad absolvendum, quando in ipso errore peccat, ut quando errat circa ea, quæ sive tenetur; si autem esset error circa ea, quæ quis non tenetur scire, ex conscientia suâ absolvitur.* Hinc sic arguo. Qui bonâ fide modo dicto assentitur benignæ sententia, eamque in praxim deducit, non peccat contra conscientiam, quia sequitur dictamen conscientia suæ. Rursum non peccat

R. P. A. Terilli *Regula morum, PARS I.*

contra legem, quia non peccat in assensu, quo benignam sententiam amplectitur, tum quia in eo assensu non errat, tum quia, si errat, ex conscientia suâ absolvitur. Ergo nullo modo peccat.

COROLLARIUM V.

INFERTUR ex his, quis sit sensus & progressus benignæ sententia in hac controversia.

195. Inprimis reflexè consideramus objectum directè minus probabile, illudque consideramus in ordine ad circumstantias, quæ in argumentis nostris exprimentur, &c. Post diligentissimum autem studium, tandem rationibus & auctoritatibus prævalentibus convicti concludimus, illud objectum licitè poni posse. Hoc est primum iudicium, quod propriè ad præsentem controversiam pertinet, & est materia benignæ sententia, ut mox dicam.

196. Secundò, iterum reflexè consideramus qualitatem hujus iudicii, & novo iudicio dicimus, illud esse ad minimum certè probabile, & nobis quidem longè probabilius opposito. Hoc secundum iudicium est evidens. Unde certè inferimus, homines, post diligentiam debitam, prudenter & absque temeritate primum illum assensum eliciisse. Quo nil certius, aut evidentius dici potest, si ex rationum & auctoritatum prævalentiâ illi assensum præbeant.

197. Tertio, aliud iudicium elicimus, quo asserimus, iudicium, cujus qualitatem jam expressimus, esse sufficientem conscientia regulam formalem, etsi proponat objectum minus tutum, & directè minus probabiliter honestum. Hoc ultimum iudicium est demonstrativè verum, quia veritas, quam affirmat, evidenter demonstrata est in primâ assertionem. Hisce tribus iudiciis tota præsens controversia, & adæquatus sensus benignæ sententia exprimitur. Primum iudicium præsupponitur tanquam materia proxima, circa quam benigna sententia versatur. Nam nisi tale iudicium præcesserit, nullus est locus præsentem controversia; agimus enim de formali conscientia regulâ, quæ consistit in iudicio dictante rem aliquam esse licitam. Ergo proprium objectum, seu propria materia hujus controversia reflexæ, de sufficiente conscientia regulâ, est iudicium quodvis dictans rem esse licitam. Tale proinde est iudicium dictans, usum opinionis directè minus probabilis esse licitum. Ergo hoc iudicium elicitum ab intellectu, & vitaliter mentem informans, est objectum proprium benignæ sententia reflexæ, quæ docet illam esse sufficientem conscientia regulam. Itaque benigna sententia, quæ agit de regulâ formali, tanquam de suo objecto, præcipuè consistit in duobus sequentibus iudiciis: quorum primum exprimit qualitatem iudicii dicentis, usum partis minus probabilis minusque tuta esse licitum; secundum verò dicit, illud sufficere ad conscientiam debitè regulandam. Ergo si hæc duo iudicia sint vera, tota benigna sententia, quæ agit de formali conscientia regulâ, est verissima. Atqui ista duo iudicia sunt certa & evidentiâ. Ergo benigna sententia reflexa, etiam quando agit de objecto directè minus probabili, est certa & evidens, quamvis objectum proximum, seu materia immediata ipsius sit iudicium solum probabiliter verum. Ecce proprium sensum, & progressum benignæ sententia perspicuè declaratum habes.

Sensus & progressus benignæ sententia consistit in tribus iudiciis. Primum iudicium quale?

Tertium quale?

COROLLARIUM VI.

Benigna
sententia à
nemine ha-
ctenus im-
pugnata fuit
in proprio
eius sensu.

HINC sequitur, nec benignam sententiam formalem, de qua præcipue agitur, nec proprium ejus objectum, ab ullo hæctenus impugnatum fuisse, nisi ab iis, qui nullum actum nisi certum pro formali conscientie regulâ admittunt. At illi non sunt Catholici recte sentientes, si sermo sit de remoto conscientie dictamine, de quo solo nunc agimus, quia proximum, seu ultimum conscientie dictamen, ex opinionum electione & usu formatum, & est, & ex proximè dictis demonstratur esse evidens.

198. Ratio est, quia nemo hæctenus impugnavit veritatem duorum illorum judiciorum, in quibus doctrina benignæ sententiæ consistit, neque quisquam directè conatus est probare, objectum à duobus illis judiciis assertum esse falsum. Nec mirum, quia qui illud aggrediretur, progredi non posset, sed statim in negotio prorsus desperato deficeret.

Clarissimo
exemplo o-
stenditur ne-
minem ha-
ctenus im-
pugnasse
benignam
sententiam.

199. Jam si veritas illorum duorum judiciorum admittatur, nos totum intentum habemus, quidquid sit circa alia annexa, an illa ab adversariis concedantur esse vera, nec ne? Mirabitur fortassis Lector hæc audiens, & dicet, quid ergo fecerunt illi, qui tot clamores contra benignam sententiam excitant? Fierine potuit, ut ærem verberaverint, sententiamque, quam expugnare contendebant, ne quidem impugnaverint? Respondeo, ita re verâ accidisse. Impugnavit quidem illi veritatem primi judicii, de quo loquimur, & dixerunt illud esse falsum; nos verò è contrario sustinemus, illud esse verissimum. Et in hoc tota lis hæctenus stetit. Verùm hæc controversia non magis impugnat benignam sententiam, quam alia similis Auctorum discrepantia à directâ veritate. Quidam asserunt tale quid esse verum & probabilius, alii reclamant, & dicunt esse falsum, & minus probabile. Hi tamen secundi non impugnant benignam sententiam, quæ dicit, licitum cuique esse sequi opinionem certò probabilem, quam ipse reputat veram, & respicit ut absolute probabiliorem. Idem pariter evenit in casu nostro, quia in utroque casu benignæ sententiæ veritas non pendet à reali veritate judicii, supra quod reflectit, sed solum à veritate probabiliter & sine temeritate per illud præsumptâ & affirmatâ. Quamdiu enim tale judicium sine temeritate ob motivum certò probabile elicitur, tamdiu est, & scitur esse sufficiens conscientie regula,

quamvis per accidens sit erroneum. Itaque totus adversariorum labor irritus est in ordine ad finem præsentis controversiæ; non enim sufficit probabiliter concludere, judicium illud esse falsum, nisi falsitas ejus tantâ claritate ostendatur, ut ejusdem veritas non sit amplius probabilis. Si hoc probaretur, tunc quidem locum non haberet benigna sententia supra tale judicium reflectens, quia materia seu objectum ejus proprium tolleretur, cum supponat, judicium debere esse probabiliter verum, ut de illo assermet quòd sit sufficiens conscientie regula. Quòd si judicium illud non esset probabile, è converso intellectus statim quæstionem resolveret, diceretque tale judicium, utpotè non prudens, non probabile, sed temerarium, non esse sufficientem conscientie regulam.

200. Itaque qui solum impugnant veritatem talis opinionis, remotè tantum, & quasi per accidens impugnant benignam sententiam, quatenus conantur veritatem suæ sententiæ demonstrare; quod si perficerent, proximam hujus controversiæ materiam destruerent, & sic tandem rectè ostenderent, benignam sententiam in talibus locum non habere. Verùm si probabilitas opinionis seu judicii illius subsistat, & homines absque temeritate & peccato, ob motiva certò probabilia & ipsis probabiliora, illi prudenter assensum præbeant, benigna sententia quoad illos locum habet; quæ proinde directè non impugnatur, nec impugnari potest, nisi quis probet, judicium ex motivis propriis nostræ sententiæ conceptum non esse probabile & prudens, sed temerarium & imprudens; & consequenter non esse sufficientem morum regulam, nec excusare eos, qui illam sequuntur. Hoc deberent probare, qui nobis adversantur; sed vix est, qui audeat talia dicere, aut imaginari. Solus Cellæus in hoc semel atque iterum collimat, sed non satis exprimit mentem suam, unde non possum dicere, quod absolute teneat, docentes & utentes benignâ sententiâ absolute peccare peccato imputabili, quamvis ad hoc opinandum multum inclinare videatur. Cæterum, quæ Cellæus tradit, singillatim suis locis examinanda erunt. Nunc ad præsentem quæstionem hæc dicta sufficiant. Allata enim argumenta ita animum alliciunt, ut quis meritissimè in illis mentem figat, simulque stimulant, ut ad omnia dicenda ritè penetranda animum seriò adjiciat; nullus enim labor nimius videri potest, quo res tanti momenti debite examinatur, & solide stabilitur.

Benigna
sententia
hæctenus
obliquè
tantum &
indirectè
impugnata
fuit.

Ostenditur
quid agere
debeat, qui
illam ritè
impugnare
voluit.



QUÆ.